Quisquis amore tenetur eat tutusq; sacerq;

Qualibet: insidias non timuisse decet.

Non mihi pigra nocent hybernæ frigora noctis:

Non mihi: quom multa decidit imber aqua.

Non labor hic lādit: referet modo delia postes:

Et uocet ad digyti me taciturna sonum.

Parcite luminibus: seu uir seu fœmina fiat

Obuia: cælari uult sua furta uenus.

Nec strepitu terrete pedum: neu quatite nomen:

Neu prope fulgenti lumina ferte face.

Si quis & imprudens aspexerit: occulat ille:

Perque deos omnes se meminisse neget.

Nam fuerit quicūq; loquax: is sanguine natam:

Is uenerem e rapido sentiat esse mari.

Nō tamen huic credet cōiunx tuus: ut mihi uerax

Pollicita est magico saga ministerio.

Hanc ego de cælo ducentem sydera uidi:

Fluminis hæc rapidi carmine uertit iter.

Hæc cantu finditq; solum: manesq; sepulchris

Elicit: & tepido deuorat ossa rogo.

Iam ciet infernas magico stridore cateruas.

Iam iubet asperfas lacte referre pedem.

ab eo quod icātatrix pollicita est: & obiectum absoluit quod fieri posset: saga teste Acrone primo car- minum Cōmentariolo dicta est q̄ satis agat: & ea est: quę carminibus & herbis mala hominibus dice- batur uelarcere uel impellere. Horatius: Quę saga quis te soluere thessalis magus uenenis. Magico ministerio: arte demoniaca. Nam magus est apud nos sapiens: at lingua per sarum sacerdos: si. L. Apu- leio credimus hoc in primo de magia sentienti: sed magi incantatores ex officio apud nos uocari pos- sunt. Vidi: argumentum est a sui ipsius presentia: quod superius dictum sit certissimum. Ducentē sydera: Virgilius: Carmina uel cælo possunt deducere lumina. In sexto super Lucanum cōmentario no- stro multa super hac re exarabimus: quę hic breuitatis gratia relinquūtur. Fluminis hæc. ra. car. uer. iter. Ouidius i epistola hyphsiphiles de Medea uenefica: Illa refrenat aquas: obliquaq; flumina sistit: & Lucanus: Amnisq; cucurrit Non qua pronus erat. Hęc cantu finditq; solum. Lucanus: Terra quoq; immoti p̄cussit ponderis axem. Etiam manesq; sepulchris elicit. i. cadauer facit reuiuiscere: ut legit̄ in p̄allegato Lucani libro de herichtho. Et Horatius li. sermonum primo: Cruor in fossam confu- sus: ut inde manes elicerent animas responsa daturas. Tepido deuorat ossa rogo. hoc idem Ouidi- us in prefata dicit epistola: Certa q; de tepidis deuorat ossa rogis. & Lucanus fumantes iuuenum cine- res ar dentiaq; ossa E mediis rapit illa rogis. Infernas cateruas tenet: animarum multitudinem cum angore demoratur. Asperfas lacte: la. tis. n. alimento frui defunctorum animas credidere maiores nostri: cuius aspersione conciliari etiam putauere. Tristi depellit nubila cælo. Lucanus: uocibus iisdē

Humantes late nebulas nimbosq; so-
lutis Excussere comis. Hec aut omia
quom sint impossibilia: Lucanus ma-
ius quiddam addit scilicet: nubes sus-
pexit olympus: quod cōtra omnium
rationē fieri manifestū est. Herbas
medeę. i. herbas q̄s medeidas uocant
poete: hoc est illarū uim quas medea
percalluit. Cæs hecates: Male cer-
berū tricipitē: sed tres recte furia s ac-
cipimus ut Lucanus: stygiaq; canes i
luce supna Destituam. & Horatius li-
bro sermonum primo: Hecatē uocat
altera sēuā. Altera tīphonem serpē-
tes atq; uidēres Infernas errare cæs
Hecate sane p̄sephone dicitur a pote-
statum uarietate: q̄ celo atq; erebo
potens sit. Ter cane. Vult illa ter-
esse canenda: quę saga sapiens pręsta-
bit. Putarūt quidam in sacris ternari-
um & quaternarium fuisse numerum
p̄fectissimum ut Oterq; quaterq; &
Quidius: dic quater & uiuo perluere
mero. quidam septenarium numerū
ut Pythagoras religiōibus aptissimū
illud aut notandum q̄ in magicis re-
fert Plinius terna despuere deprecati-
one. i. carminibus necessariū. Quid
credam: tacitę obiectionis responsio
ē: & a simili superioris dicti probatio

Cantibus aut herbis: Horatius pri-
mo sermonum: Quantum carminibus
quę uexant atq; uenenis Humāos ani-
mos. Hostia pulla: rationem sacro-
rum diligenter seruat: Inferis enim ui-
ctimas nigri nulli ueteres imolauerūt.
Horatius li. sermonum. i. Pullam di-
uellere mordicus agnam coeperunt.

Deos magicos: Infernales deos qui
dēmones sunt exitiosi. Nam neq;
tum pluuię: tangit ea quę somnū pro-
uocant. pluuię namq; sua humiditate
capitis uentriculos opprimunt: & cau-
satur dormitio. Stragula picta: Stra-
gulum uestis est qua lecti sternuntur:
quę uario figurarū d̄linimēto aut acū-
picto aut textili isigniri solita est. hoc
in Martialis sēpius epigramatis per-
legimus. Magne ueneris: Amato-
rum respectu magne: quibus Venus
ipsa p̄sudet. Incestus: is dicitur in-
cestus qui cum sacerdote aut consan-
guinea rem habuerit: qui sacra cōta-
minarit. deorū aut sedes sunt adytus
templi quo nulli pręterquā sacerdoti
accessus conceditur. per hoc se dubiu
seculē arguit an religiōem uiolarit: sed

Quo libet hæc tristi depellit nūbila calo:

Quom libet æstiuo prouocat orbe niues:

Sola tenere malas medeę dicitur herbas:

Sola feros hecates perdomuisse canes.

Hæc mihi cōposuit cātus: quis fallere posses:

Ter cane: ter dictis expue carminibus.

Ille nihil poterit de nobis credere cuiquam:

Non sibi: si in molli uiderit ipse toro.

Tu tantum abstineas aliis. nam cætera cernet

Omnia: de me uno sentiet ipse nihil.

Quid credā: nēpe hæc eadem se dixit amores

Cantibus aut herbis soluere posse meos:

Et me lustraui tædis: & nocte serena

Concidit ad magicos ostia pulla deos:

Non ego totus abesset amor. sed mutuus esset

Orabam: hec te posse carere uelim.

Ferreus ille fuit: qui te quom posset habere:

Maluerit prædas stultus & arma sequi.

Ille licet cylicum uictas agat ante cateruas:

Ponat & in capto martia castra solo:

Totus & argento contextus totus & auro

Insideat celeri conspiciendus equo.

Ipse boues mea si tecum mō delia possum

Iungere: & in solito pascere monte pecus.

Et te dum liceat teneris retinere lacertis:

Mollis & inculta sit mihi sōnus humo:

Quid tyrio recubare toro sine amore secundo

Prodest: quom fletu nox uigilanda uenit.

Nam neq; tūc pluuiæ: nec stragula picta soporē

Nec sonitus placidæ ducere posset aquæ:

Num ueneris magnæ uiolau numina uerbo:

Et mea nunc poenas impiā lingua luit.

Num feror incestus sedes adiisse deorum:

Sertaq; de sanctis eripuisse focis.

Non ego si merui dubitem procūbere templis:

Et dare sacratis oscula liminibus.

Non ego tellurē genibus prorēpere supplex:

Et miserum sancto tundere poste caput.

At tu qui latus rides mala nostra. caueo:

Mox tibi: non unus sæuiet usq; deus.

Vidi ego qui iu uenum miseros lussisset amores:

de sanctis focis d
Genibus pror
dato genu per te
ercepter genibus.
& bona & mala
cinatur. Aut q

Post uener
Et sibi bland
Et manib
Stare nec a
Ancillan
Huc puer l
Despu
At mihi p
Mens r

i. B
O
Me tenet
Abstine
Abstine
Qua
Non for
Et fle
Delia n
Dicit

littore. d
tertio: N
ret: nisi C
uili supp
Mater:
rata co
cor.
proxim
parua f
uiro.
syrios o
funder
ius fort
fas ung
ē in A
it prius
sentit. f
riam al
latā.

de sanctis focis diripuisse feta: nihil aliud uult intelligi nisi sacrificium interturbasse quasi piaculum.

Genibus prorepere supplex: Supplicantis signum est: & ueniam peccatorum a diis exposcentis nū / dato genu per terram obrepere. Iuuenalis libro satyrarum secundo: Nuda ac tremebunda cruentis ereptet genibus. Fingere: ornate disponere. Semper tibi dedita seruit Mens mea: Putarunt antiq & bona & mala ex qualitate numinis amatorii prouenire. Iecirco senex Scalmo in casina Plauti ratio cinatur: Aut q ego nunq erga Venerem inique fecerim: Sic tot amāti mihi obuiā euenerūt more.

Post ueneris uinclis subdere colla senem.
Et sibi blandicias tremula componere uoce:
Et manibus canas fingere uelle comas.
Stare nec ante fores puduit: caræ ue puellæ
Ancillam medio detinuisse foro.
Huc puer huc iuuenis turba circūterit arcta:
Despuit in molles & sibi quisq sinus.
At mihi parce uenus: semper tibi dedita seruit
Mens mea: quid messis uris acerba tuas.

ELEGIA TERTIA.

i Bitis ægeas sine me messalla perundas:
O utinam memores ipse cohorsq mei.
Me tenet ignotis agrum phæacia terris:
Abstineas auidas mors uiolenta manus:
Abstineas mors atra precor: non hic mihi mater
Quæ legat in moestos ossa perusta sinus.
Non soror assyrios cineri quæ dedat odores:
Et fleat effusis ante sepulchra comis.
Delia non usquā: quæ me quom mitteret urbe:
Dicitur ante omnes consuluisse deos.

littore. deriuatiuū fit phæcius & phæcus ea. cū. una syllaba minus suo primitio. Propertius elegiarū tertio: Nec mea phæacas equant pomaria siluas. Quod aut egrotauerit Corcyre: q spian fictū puta / ret: nisi Ouidius Naso i elegia de eius obitu diceret: Sed tamen hoc melius: q si phæacia tellus Ignotū uili supposuisset humo: & ad ea quæ poeta hic infra ponit alludēs ait. Hic certe fugiētes pressit ocellos Mater: & i cineres ultima dona tulit. Hic soror in partē mixti cū matre doloris Venit inornatas dilace rata comas. Nigra: q de formis esse dicit q hominē nigrū facit. unde subdit: Abstineas mors atra pre cor. Quæ legat i moestos ossa perusta sinus: Tāgit antiquū morē. defūcti eni cineres q ex genere proximior aderat colligebat. Quod secutus Propertius elegiaꝝ secūdo ait de Briseide: Maximaq in parua sustulit ossa manu: Quom tibi nec peleus aderat: nec cērula mater: Scyria nec uiduo deidamia uiro. In moestos sinus: pro ipsa moesta colligat gremio. Lucanus: Trepida uestes iplere fauilla. As syrios odores: amonū & balsamū & cetera huiusmodi aroma a: qualia thus: costū: quæ rogo superin fundere uetustas cōsueuit. Lucanus libro octauo: Nō preciosa petit cumulo thure sepulchra Pōpe / ius fortūa tuus: nō pignus ad astra Vt ferate mēbris eos fumus odores. odores ergo assyrios. i. diuer / sas unguentoꝝ & adoramentoꝝ species: ut Propertius: Desit odoratis ordo mihi lācibus. Assyria regio ē in Asia maiori: quā Porphyrius & Acro i suo quisq cōmentario sup Horaci carminū. ii. dictā uolu / it prius Syriā: posteaq una addita syllaba uocitatā Assyriā. Cleodemus q Malchas quoq dicit aliter sentit. scribit eni multos Abraamo fuisse filios: & ex his tres nominat Apher Affyn Aphran: & Assy / riam ab Assy denominatā cōtendit. Ab Apher & Aphran urbē Aphran & regionē Aphricam appel latā. Delia nō usq: De hac & Nemese Ouidius in prædicta elegia scribit orta apud rogū altercatiōc

i Bitis ægeas sine me messalla per undas: Quom Messallā ducem Romani exercitus poeta seq / retur: ut ante dictum est: aduersa eum ualitudo Corcyre iuasit. Quāobré hic lamētatur cū illo ulterius progre di non posse. in qua cōquestione cap / tat occasionē ab isania belloꝝ: ut Sa turni etatē cōmendat. deinde campos clysiis: quo se pium quom fato pfun ctus fuerit: descendere non dubitat. Messalla romanus patritius fuit: qui fuerit ne ille de quo Eusebius in li. tē / porū meminit dubitat. Nā ille Cor / uinus Messalla primus pfectus urbis factus. vi. die magistratū abdicauit ci uilem potestatē esse contestatus: & de alio siue eodem etiā inquit q fuit ora tor: & ante bienniū q moreretur ita memoriā ac sensū amisit: ut uix pau / ca uerba cōiungeret. ad extremum ul cere illi circa sacrā spinā nato inedia se affecit āno. lxx. etatis. est autē Mes fallā nomē a messana urbe Sicilię de ductum: ut m. i. saturnalium Macro / bius dixit. Nam Valerius quidā maxi mus ea urbe nobilissima capta hoc cognomē accepit. Outinam: gēmi / natio est affectū animi p energiā māi festans. ut Virgilius. Outinā ex uobis unus uestriq fuissem. Phæacia: Cor cyra phæacū est patria in Ionii maris

utra earū mage fuerit dilecta. Illa sacras pueri sortes ter sustulit: genus fuit sortilegii per talorū iactū. Nā secundū eorū numerū rei euentū premonebāt. Iuuenalis libro secūdo: Et sortes ducet. Sustulit: eleuauit. de urna enī tollebātur: in qua sortes ipse dimittebant. Horatius libro sermonū primo: Quot puero cecinit diuina mota anus urna. Dabāt reditus: spondebāt reuersionē. Quom iam mandata dedissem: Cōsuetudinē amantiū notat: q̄ lōgiquius abituri mādant uicissim ea quę sūt amoris mī tui argumentū & de reditu discedētis solatiū nō minusq̄ remanētis expectatio ē. Sappho ad Phaonē.

Nō mādata dedi: neq̄ enim mādata dedissem Vlla: nisi ut nolles imemor esse mei. Anxius querebā morā: in hoc uim sui amoris explicat. Causatus aues: Iccirco causatus ut cū amica esset diutius. causari ē excusare causas annectēdo. Virgilius: Causando nostros in longū ducis amores: & est allegare quasi p̄ rationē aliqd factū esse. aut fieri nō posse. Ouidius de arte priō: Si nō esse domi quos des causare nūmos. Dicimus aut̄ causor repentinas plūuias iter nobis ipedisse: pro i excusationem afferō. ut excuso mortē patris repentinā: ne te uiderē ante q̄ discederes negauisse. Timuisse diē saturni: Sabbatū itelligit: qui dies itineratibus exitiabilis ē. nāq̄ & stella saturni secundū astrologorū rō cinationē nocua ē: & geomātici illius diē ut dānofo uetāt hoies iter carpere.

Pedē offensum i porta id ē in limine porte. Antiquitas enī tam ingrediētū q̄ egredientū pedes i limine obseruauit. Nam si qd offēdisset lanū & Vestam iratos putabāt. Quare dixit Lucanus libro primo: Nec limine quisq̄ Hēsīt: quasi & patrię & deorū neglēta cū exitio pietate. Quid tua nūc

Isis tibi delia. Isim damnat: quę cultri ei pie castęq̄ auxiliū neget. Nam amatores Isidi uoueāt. Propertius secundo: Redde etiam excubias diuę nūc ante iuuentē: Isis fuit Inachi filia: nō prius dicta: q̄ pererrans olim quom ad nili fines peruenisset: Iouis amatoris ope formam uacę immutauit: estq̄ ab egyptiis pro dea celebrata: apud quos Isis est iustitia: ut in secundo de preparatione euangelica scribit Eusebius. Iōon enim gręce latine equale dicitur unde iustitia oritur: Diodorus uero uult Isim latine dici priscam: lunę hoc nomine inditō ab illis ea enī semper ęterna priscaq̄ est unde. Ouidius metamorphoseos nono inquit: Inerant lunaria fronti Cornua. Sistra repulsa manu: Sistrū est turbe genus egyptiacę. cuius sonitus in sacris Isidis memoriā: Osyris mariti significabat. Pureq̄ lauari te memini: hoc addit quia Delia Isidi sacrū facere potuisset: sed non pure: hoc est a sordibus defēcata. Nam casta superis placent: ut inferius habetur. Quare dicit Martialis i epistola ad Domitianū. Meminerit inquit nō nisi religiosa purificatione lustratus accedere ad templa debere. Et puro secubuisse toro: Qui sacrificaturi erant prisco tēpore se a coitu tēperabāt nocte p̄cedēti. Vnde inferius legitur: Discedat ab aris Cui tulit helle rna gaudia nocte uenus. Ouidius li. fastorū primo sic epulis fūdi: sic dāt sua corpora sōnō: Et positis iusta secubū ere toris. Causa repertori uitis pia sacra parabat: Quę facerēt pure quū foret orta dies. Eadem sacra Isidi q̄uis meretrici siebant: quę Propertius grauit̄ tulit ob a se puellā seiūctā inquit: Quę dea tā cupidos toties diuisit amātes: Quęcūq̄ illa fuit semper auara fuit. & subdit: Quid ue tibi prodest uiduas dormire puellas. Sed tibi crede mihi cornua rursus erūt: & Ouidius i elegia p̄dicta ad hāc eandē sententiā ait: Quid nos sacra iuuāt: qd nos egyptia profuit Sistra: qd i uacuo secubuisse toro. Nam posse me. Pic. do. tē. mul. ta. tuis: ab idiciis frequētissimarū tabularū arguit Isidē posse auxiliū ferre egrotāti Mederi at̄ dixit pro sanari. huic deę egrotātes liberātī mala ualitudie: & euasi naufragō tabellas suspēdebāt. Iuuenalis: Et quā uotiuā testāt phana tabella Plurima pictores q̄s nescit ab Iside pasci. Tecta lino: iō lino potius cōopta q̄ aliqua alia re q̄ ab osiride marito illud iuētū cōstat: quare Lucāus facti

Ille sacras pueri sortes ter sustulit: illi

Rettulit e triuiis omnia certa puer.

Cūcta dabāt reditus: tamen est deterrita nūquā

Quom fleret: nostras respiceretq̄ uias.

Ipse ego solator quō iam mandata dedissem:

Querebam tardas anxius usq̄ moras.

Aut ego sum causatus aues: dant omnia dira:

Saturni sacram me tenuisse diem.

O quotiens ingressus iter mihi tristia dixi

Offensum in porta signa dedisse pedem.

Audeat inuito ne quis discedere amore:

Aut sciat egressum se prohibente deo.

Quid tua nūc isis tibi delia. quid mihi profunt

Ille tua totiens sinistra repulsa manu.

Quid ue pie dum sacra colis: pureq̄ lauam

Te memini: & puro secubuisse toro.

Nunc dea nūc succurre mihi: nam posse mederi

Picta docet templis multa tabella tuis.

Vt mea uotiuas persoluens delia uoces:

Ante sacras lino tecta fores sedeat.

gnarus ait. Et testū lino spargā p uulguſ ofyrim lino. n. dictū ē pro lineo uelamēto q mos ē egyptiorū lino nāq; uſi ſunt ad rē diuinā ut i' Apologie primo docet Apuleius: quoniā ſeges eius ē mūdīſſima & inter optimas fruges ex terra ortas nō modo indutui & amictui ē aptiſſima ſed optui quoq; ab egypti is ipſis i ſacris uſurpata. Sed cū teſta dicit morē ſacrificulorū antiquiſſimū tāgit: qui ſe pānis opiebāt luuenalis: Stetit ante arā nec turpe putauit Pro cithara uelare caput: Plautus in gurguliōe Quis eſt hic qui adopto capite Aefculapiū ſalutat hoc propterea cōſtitutū eſt: nē quid iterorandū ſupplicis mentē

turbāret. Quare. Qu. Curtius lib. i. ait: Ille i candida ueste uerbenas māu proferens capite uelato preibat & Helenus uirgilianus Aeneā caput uelare iuſſit. Votiuas preces: aut piphraſti cos uota intelligit aut uerba depreca/ toria. Turba pharia: iō turba quia ſe/ miniſtri ſūt Iſidis ſacerdotes: ut ſuuealis Qui grege lanigero circūdatus & gre ge caluo. Mēſtrua rura: a mēſe ſit mē ſtruus mēſurnus: & mēſtrualis. Luca nus li. quinto. Mēſtruus iſtaſtos diſtin guit ſecula cōſul. Cicero primo rieto/ rorum pars quedā eternitatis quum alicuius anni mēſurni diurni nocturni ueſptini certa ſignificatio habet. Plau tus i captiuis quibus ſolebā mēſtruatis epulas ante adipiſcere. Mēſtruū uero ſubſtantiuū ſignificat mulierū proflu uiū: de quo Solinus & Plinius admirā da dixerūt. Quā bene ſaturno uiue bant rege. Aureā laudat etatem abho minū innocētia: & telluris ubertate. Rege: dixit pro regnante. luuenalis iti dem: Credo pudicitiam ſaturno rege moratam. Sed illud hitoricū eſt: hoc autē poeticū magis. Virgilius octauo Aureaq; ut perhibēt illo ſub rege fue/ runt ſecula. Repetēs cōpendia ex iti nere & nauigatiōe lucrum utilitatēq; ſequens. Cōpendiū lucrū ſignificat & breuitatē diſpēdiū uero dānū. Quō Saturnus orbis potitus eſt maxia fuit hominū integritas nulla pecuniarū ſiti laboratiū. Quippe ſuis quiſq; finibus cōtentus erat: Ac ſiquid opus erat ex opportunitate pmutādū ſumebat quē morē duraffe ad troiana uſq; tēpora Homerus oſtendit in Iliade. Frenos ore momordit equus: Frenū dicitur a frangendō. ſrāgit enī equorū ora. & teſte Feſto oria apud antiquos dicebatur quē ora equorū coer/ cet: ut aurea quē ad aures religabatur: a quo aureax. i. auriga. Frenū in ſingulari genere efferimus neu tro: in plurali uero frenos & frena legimus. Nec aliter ait momordit q Virgilius: Stat ſonipes ac frena ferox ſpumantia mandit. Lapis fixus i agris. ſaxū pro termino inter cōſines poſitum. luuenalis Saty ra ultima: aut ſacrū effodit medio de limite ſaxū. Erat autē hic plerūq; Stipes Ouidius faſtorū ſecūdo Termine ſiue lapis ſiue es de foſſius i agris Stipes: ab antiquis tu quoq; nomē habes. Certiſq; finibus ut litigantiū uicino rū rixē tollantur de medio: q plerūq; alter alterius agrū ſtudent uſurpare. Ideo Se parat indicio hic deus arua ſuo. Ipſe mella dabant quercus: rerū oīum copiā oſtendit fuiſſe Saturni tempeſtate: ſic Ouidius. Flauaq; de uiridi ſtillabant ilico mella. Et Virgilius Et dure quercus ſudabunt roſcida mella. Ipſe ſua ſpōte nullo colente. luuenalis: Tanq; ipſe ſuas incēderit & des i deſt ſponte. Vbera lactis: ſic Maro: Ipſe lacte domū referēt diſtēta capelle Vbera. ſeuus faber. Ideo ſeuus quia

Bisq; die reſoluta comas tibi dicere laudes:

Inſignis turba debeat in pharia.

At mihi contingat primos celebrare penates:

Reddereq; antiquo menſtrua thura lari.

Quam bene ſaturno uiuebant rege: priuſquā

Tellus in longas eſt pateſacta uias.

Nondum caruleas pinus comtemplerat undas:

Effuſum uentis prābueratq; ſinum.

Nec uagus ignotis repetens compendia terris:

Preſſerat externa nauita merce ratem.

Illo non ualidus ſubiit iuga tempore taurus:

Non domito frenos ore momordit equus.

Non domus ulla fores habuit: non fixus in agris:

Qui regeret certis finibus arua lapis.

Ipfæ mella dabant quercus ultroq; ferebant:

Obuia ſecuris ubera lactis oues.

Non acies non ira fuit: non bella: nec enſes

Immiti ſauus duxerat arte faber.

Nunc ioue ſub domino cædes & uulnera ſemper

Nunc mare nunc loeti mille repente uiæ.

Parce pater timidum non me periuria terrent:

Non dicta in ſanctos impia uerba deos:

Quod ſi fatales iam nunc expleuimus annos:

Fac lapis in ſcriptis ſtet ſuper oſſa notis.

Hic iacet immiti cōſumptus morte tibullus:

Meſſallam terra dum ſequiturq; mari.

Sed me q facilis tenero ſum ſemper amori:

gladios finxit eni prima etate enses fabricare nesciebāt. Iunenalis satyrā penultima: Nescirēt primū gla-
dios extendere fabri. excusat tamē eosdē fabros inferius quom dicat. Nos ad mala nostra Vertimus
in seuas quod dedit ille feras. In scriptis notis: litteris pro epitaphio posit. Hic iacet. Distichon ē eulo-
giale Ipsa uenus ueneris opus poeta executus est: Ouidius ex hoc ait i elegia de istius morte: Nec minus
ē confusa uenus moriente Tibullo Quē iuueni rupit cū ferus inguē aper. Ad elysios cāpos. Sedes pio-
rū sunt elysii: quos alii ut Strabo scribit secundū Homerū in tartessia ca regione hispaniā eē uoluerunt
quidam fortunatas eē isulas quas Ho-
merus idē Τῶν μακρόρων νησοῦσιν uo-
cat. Quidā esse apud iferos: Lucanus
uero circa lūc globū atq; circū: q̄q;
de heroibus tantū ipse itellexit. Vn-
de Statius syluarū. ii. in eius genethlia/
co dubitans ait. At tu seu rapidū poli
paxem. Famē curribus arduis leuatū
Qua surgunt animē potentiores. Ter-
ras respicis & sepulchra rides: Seu pa-
cis merito nemo reclusi foelix elysii te-
nes i oris. Quo pharsalica t̄ba cōgre-
gatur. Sed ad hunc locū inquit Ouidi-
us in prefata elegia. Si tamē est nobis
aliquid nisi nomē & umbra. Restat in
elysia ualle tibullus erit. Hic choree
cantusq; uigent: Ab amoenitate & de-
lectationē laudat elysios. Casia casia
herba est seu frutex. ut Plinius scribit:
magni odoris cuius prima semp cor-
ripitur. Virgi. Tū casia atq; aliis. Non
cultā seges: seges terram hic signat: ut
quid faciat letas segetes totos p agros
Claudianus in raptu proserpine. Nec
mollia desūt prata tibi. Zephyris illic
melioribus alāt ppetui flores quos nec
tua percutit etna. Myrthea ferta Myr-
thus arbuscula sub tutela ueneris esse
legitur cuius frōdibus heroici poete
coronabantur. Ouidius li. de arte amā-
di. ii. Sertaq; odoratē myrthea ferte
coma. Nocte profunda: Maximis &
ppetuis tenebris: quē admodū. Virgili-
us late ptractat. Flumina nigra aut q̄li-
tate aquarū aut caliginosa opacitate
obsita. Impexa feros pro crinibus angues: Ad fabulas respicit: quibus scriptū ē furias habere serpen-
tes per quā multiplices loco capillorū ad maiorem terribilitatis ostētationē. Catullus in argonautica
Eumenides quibus anguino redimita capillo: Frons expirātis preportat pectoris iras. Fugit timore
supplicii. Tū niger in porta: Canis quē poete fingūt iferorū aditū custodire triceps est: & a uoracitate
cerberū nominatū costat. Tō κρείστος enim caro βόπος uorans interpretatus. Mortuorū nanq; cadaue-
ribus pascitur. Statius thebaidos. ii. Illos ut ceco recubās i limine sensit Cerberus atq; omnes capitum
surrexit hiatus Seuus i intrātī populo iā nigra tumebat Colla minax: iam sparsa solo turbauerat ossa
Serpētū stridet: hoc ita dictū ē ut illud i statio. Iā nigra tumebat colla minax Aeratas. adamantinas.
Tentare iunonē de cōcubitu iterpellare lunonē. & ē apheresis. Tentare enī ē rē nō itellectā atq; icertā
aggredi: attentare uero de pudicitia: quō id frāgit ut ipudicus fiat aliquis. Ixion Iouis fuit secretarius:
q̄ quō iutare lunonē ausus esset: ab ipso Ioue fulminis ipetu detrusus ad iferos sup celerirota cōuoluit
Tithyus hic filius Iouis ex tyara filia Ormeni dicit q̄ Latonē uī parās sagittis ab Apollie cōfossus iacu-
it dicere Statio thebaidos primo. Tu matris honore Terrigenā tithyō stygiis extendis harenis. Assidu-
as aues: ide faciētes a pastu. Virgilius nec febris reges dat ulla renatis uult. n. i. supplicii assiduitatē nū-
q̄ lassat ab igluuie. Claudianus i raptu Proserpie: Laterisq; piger sulcator opaci Inuitus trahit lasso d̄
pectore uult. Tātalus: hic filius Iouis ex plote nympha: q̄ deis hospicio a se sūptis filiū Pelopē epulādū
apposuit: dū uult dōx mētes iqrere cuius facioris grā tale apd iferos supplicii ppetit: mel qd ut ait lata.

Ipsa uenus campos ducet ad elysios.
Hic choreæ cantusq; uigēt passimq; uagātes :
Dulce sonant tenui gutture carmen aues.
Fert casiam nō culta seges totosq; peragros:
Floret odoratis terra benigna rosis.
Ac iuuenum series teneris immixta puellis:
Ludit & assidue prælia miscet amor.
Illic est cuicumq; rapax mors uenit amanti.
Et gerit insigni myrthea ferta coma.
At scelerata iacet sedes in nocte profunda:
Abdita: quam circum flumina nigra sonāt.
Tisiphoneq; ipexa feros pro crinibus angues.
Sæuit: & huc illuc impia turba fugit.
Nunc niger in porta serpentum cerberus ore:
Stridet & æratas excubat ante fores.
Illic iunonem tentare ixiōis ausi:
Versantur celeri noxia mēbra rota:
Porrectusq; nouem Tityus per iugera terræ:
Assiduas atro uiscere pascit aues:
Tantalus est illic & circum stagna: sed acrem
Iam iam poturi deserit unda sitim.
Et danai proles ueneris quæ numina læsit:
In caua lætheas dolia portat aquas.
Illic fit quicūq; meos uiolauit amores.

ius grāmaticus
libus iō Statius
Garrulus i medi
postq; & Belides

Optauit
At tu calta
Assideat
Hæc tibi fal
Deducat
At circa gra
Paulatim
Tunc uen
Sed uid
Tunc mi
Obuia
Hoc pre
Lucif

i Io
N
Quæ tu
Non
Nudus
Nuc
Sicege
Arm
Ofug
Nar
Hic p
Hic
Huic
Vi
Sed
Te
Long
Lo
Ann
An
Nec
lu cōg
si ex
Tū ba
nalis

tius grāmaticus. i. thebaidos utrāq; attigēs opinionē dū deorū cōiūra eēt: eorū secreta prodidit mortā
libus Iō Statius. Et seue petiit iniuria mēse. Ouidius de arte. ii. O bene q̄ frustra captatis arbore pomis
Garrulus i media tātalus ardet aqua. Danaī proles: Danaus q̄quagita filias habuit: q̄s danaides uocāt
poetę: & Belides a noīe aui Beli. Hę oēs pria nocte uiros suos pariter interfecerūt. p̄ter unā hypmētrā

Optauit lentas & mihi militias.

At tu casta precor maneat: sancti q̄ pudoris:

Affideat custos sedula semper anus.

Hęc tibi fabellas referat: posita q̄ lucerna:

Deducat plena stamina longa colo.

At circa grauibus pensis affixa puella

Paulatim somno fessa remittat opus:

Tunc ueniam subito. nec quisquā nunciet ante:

Sed uidear cælo missus adesse tibi.

Tunc mihi qualis eris longos turbata capillos:

Obuia nudato delia curre pede.

Hoc precor. hunc illum nobis aurora nitentem:

Luciferum roseis candida portet equis.

ELEGIA QUARTA.

Ic umbrosa tibi contingant tecta priape:

Ne capiti soles: ne noceant q̄ niues.

Quæ tua formosos cepit sollertia. certe

Non tibi barba nitet: non tibi culta coma est.

Nudus & hybernæ producis tempore brumæ:

Nudus & æstiuū tempora sicca canis.

Sic ego: tum bacchi respondet rustica proles:

Armatus curua sit mihi falce deus.

Ofuge te teneræ puerorum tradere turbe:

Nam causam iusti semper amoris habent:

Hic placet angustis q̄ equū compescit habenis:

Hic placidam niueo pectore pellit aquam:

Huic quia fortis adest audacia cepit: at illi

Virgineus teneras strāt pudor ante genas:

Sed ne te capiant primo si forte negabit:

Tedia: paulatim sub iuga colla dabit.

Longa dies homini docuit parere leones

Longa dies molli saxa peredit aqua.

Annus in apricis maturat collibus uuas:

Annus agit certa lucida signa uice.

Nec iurare time: ueneris periuria uenti

Iu cōgelascūt: & caligine obruunt. Tēpora sicca æstiuū canis: Cane i cēlo regnāto. circa sollitiū imē
si exēstuat calores: Iō sicca. nā terra fathiscit i puluere. Catul. Quō grauis exultos citus hūlcat agros.
Tū bacchi respōdet rustica proles: Priapus dicit bacchi filius: uel q̄ ut agreste numē rura tueat. Iuue/
nalis satyræ. ii. Custodē uitis & horti: uel certe liberi patris filius & nymphę: ut Strabo meminit lib

quę Linco pepcit. In caua dolia: seu
urnas pforatas: ut i medea dixit Tra
gicus: seu dolia sine fūdo ut horatius
carminū. iii. Virginū poenas & inane
lymphę doliū fūdo pereūtis imo: seu
utru q̄. Nāq; aquā ut dolia subipleāt
haurire urnis fingūt q̄ argute propti
us plectēs ait li. elegiæ. ii. Dolia uir
gineis idē ille repleuerit urnis Puell/
la: ancilla quę cū domia lanas trahat
& mulierū pudicarū officiū induit: q̄
lanificio se exerceat: ut libidis appeti
tū ab se procul abigāt: ut Ouidius q̄
li. fastorū. ii. castissimā lucretiē uitā cō
natus ostēdere iqt: Nebat ate torū ca
lathi lanaq; mollis erat. Lumē ad exi
guū fabulę data pēsa trahebāt. Auro
ra cādida roseis eqs fictio ē poetica a
uario cēli colore: quē sol cū ab orien
te leuat diffūdit. grecoz q̄dā fabula
tores dixerunt solē & lunā & aurorā
ex Hypiōe gēitas: Is. n. deus ē sup oia
scēcula: ut nomē idicat Elegia q̄rta.

Ic umbrosa tibi cōtigāt tecta pria
pe. Sup obscœna re & inerecū/
da cōsulit Priapū lasciuie deū. Sic. hec
ptacula ē optātis illi bonū: a quo ne/
gociū petius. Martialis. Perpetuo sic
flore mices: sic deniq; nō sit Tā lōge
Bromio q̄ tibi phoebe come. Qui. fa
storū. iii. Sic tibi quā raptā queris sit fi
lia sospes Surge nec exigue despice te
cta casę & i octauo metamor. Sic ma
re cōpositū sic sit tibi piscis i ūda. So
les: soles dicimus estuosos dies: & so
lariū radiorū feruores. nā & soles &
solibus pro sole nō uno sepe legimus.
Priapus at stare sub diuo cōsueuit co
leis aptis: ut i priapeis ad plenū tracta
tur. Quę tua formosos cepit sollertia
ex his significat formosos pueros nō
Priapi elegancia i uestitu aut hitu cor
poris sed mēbri nimietate delectari:
ad cuius teli istū apte cōuolat: ē enī tra
le ut id patici tenere cupiant cinēdi.
Certe nō tibi: Ratio ē cur eū pueri ob/
seruēt. & ē sūpta a turpitudinis obscœ
nitate: & i uenusto corporis hitu. Bru
mę hybernę: Dies breues nō nisi hęc/
mis tpr eē possūt. q̄ tēpēlate oia ge/

iii. geographiæ. Curua falce: epitheton ē falcis. Virgilius i priapeis: Sēua nec i curua uulnera falce da
bo: armatus aut falce dicit ut aues terreat: fures procul repellat: pellit aquā q nat brachiis pellit undas
Statius achilleidos prio. Ter conata manu liquidū ter gressibus equor repulit Lōga dies homini: argu
it a fortiori: unde Calphurnius i egloga ultima. Quisq̃s amat pueros ferro p̃cordia dūret. Nil prop̃

ret: distatq; diu patienter amare: Pru
dētesq; aīos teneris nō spnat i ānis p/
ferat & fastus: sic oli grādia sumet: Si
mō sollicitos aliq̃s deus audit amātes
Saxa pedit aqua: Nō aliter Oui. inq̃t
de arte. i. docēs i amāda muliere p̃se/
ueratiā: Quid magis ē durū saxo: qd
mollus unda dura tamen molli saxa
cauāt aqua. In apricis collibus. colles
ad solē expositi aprici uocāt. iccirco
dictum ē ab excellenti uate. Bacchus
amat colles. Annus agit certa lucida
signa uice: sol ut astrologi referūt: p.
xii. Zodiaci signa excurrēs annū cōfi
cit: a cuius cōuersione ānus denoiat. Ir
rita p terras & fre. sum. se. Proptius
p cōtrariā huic sententiā deterret ami
cā a puero. Nā li. elegiaz. ii. nō semp
iq̃t placidis puero sridet amātes luppi
ter: & furda negligit aure preces. Sed
Ouidi. cū Tibullo ait: Iuppiter ex alto
piuria ridet amātū: Et iubet eol os ir
rita ferre notos. Sed hē snie coēs uo/
cant. ad libitū uni ponunt. nā & Ho
ratiū ait carminū. ii. Ridet hoc inq̃s
uenus ipsa: ridēt simplices nymphē fe
rus & cupido semp ardētes acūes sa/
gittas cote crūeta. Gratia: benignitas
gratia p̃ter hoc significat amorem &
cām seu respectū. Valere. firmū & ra
tū ēē. Ineptus amor. icautū amātē itel
ligit ponēs amor pro amatore ut Vir
gilius uenus pro amica. Parta mēē uē
neri sūt mūera. Dictyna. diana di

cta ē dictyna a fulgore lumis: quō noctu oīa ostēdat: uel a retibus q̃ Δικτυα uocāt. Est enī uenandi
dea q̃re dixit Catullus. Mōtiū dīa ut fores siluarūq; uirētū saltūq; recōditor oīumq; sonātū. Suos
crines: quoz pulchritudine cēteras fere oēs deas excellit. Nō signis. liptote ē. nā Oui inq̃t. Fugit irre/
parabile tēpus. Et celer admissis subdit ānus eqs. Quā cito: admitatiua locutio ē uel dicit etatē nō mi
nus ocyter trāsire q̃ dies & cētera q̃ subsequūt. Colores purpureos: flosculoz diuersitas in coloribus
terrā exornat: a quoz uestitu terra uesta ē appellata. Formosas comas: frōdes bicolores. Eleo car
tere: Elis ciuitas ē arcadię ubi ānuā equoz currētū spectacula fiebāt i honorē louis olympii. Missus
prior. ergo uictoriā adeptus. p id. n. qd p̃cessit qd postea subsecutū ē itelligimus. Senior. a iuuetā icli
natio ad seniū. Stultos dies: quos ip̃e dū nō itelligit quoad licuit stultus fuit. Serpēs nouus: factus
s. nouus abiectiōe pellis: Ouidius de arte amādi. iii. Anguibus exuit tenui cū pelle uetustas. Nouus er
go. i. rediēs ad priorē etatē. Vir. Quō positus nouus exuuis uitidusq; iuuetā uoluit. Solis eterna ē bac
cho phoc. q; iuuet. Nā de. iton. cri. utrumq; deū: Bacchus & Apollo in inuenum facie depinguntur. sed
Bacchus spēm magis uirginis p̃ se fert. ambo tamen comati. Virgilius i priapeis. Forma conspicie/
tus est apollo. Formosus quoq; pingitur lyēus. Ouidius. iii. metamor. Tibi. n. inconsumpta iuuenta
Tu puer eternus tu formosissimus alto. Aspiceris cēlo: tibi quom sine cornibus astas Virgineum ca/
put est. Martialis uotum faciēs i epigrāmate: Sic deniq; nō sit Tā longē bromio q̃ tibi phoebe comē.

Quāuis p̃texēs picta ferugie celū: Arcus celestis denūciat tps futurū secūdū eā ptē celi q̃ se extulerit
hoc Seneca i qōnibus dicit naturalibus. Ferugo ē color nigrioris rubedis q̃ i uiolacei. Virgilius. Obscu
ra uultū ferugie textit: & dū picta dicit respicit ad colorū uarietate. Veturā a quā: Nō semp decidit a
qua ex arquis apparitiōe: sed serenū etiā idicat. Igit̃ notādū ē quod seneca i libro de qōnibus naturali

Irrita per terras & freta summa ferunt.
Gratia magna ioui: uetuit pater ipse ualere:
Iurasset cupide quicquid inaptus amor.
Perq; suas impune finit dictyna sagittas
Affirmes: crines perque minerua suos.
At si tardus eris errabis: transiet atas:
Quam cito non segnis stat remeatq; dies.
Quā cito purpureos deperdit terra colores:
Quā cito formosas populus alba comas:
Quam iacet infirmæ uenere ubi facta senectæ:
Qui prior eleo est carcere missus equus.
Vidi iam iuuenem: premeret cum senior atas:
Marentem stultos praterisse dies.
Crudeles diui serpens nouus exuit annos:
Formæ non illam fata dedere moram.
Solis æterna est phœbo bacchoq; iuuenta:
Nam decet intonsus crinis utrūq; deum.
Tu puero quodcūq; tuo temptare licebit:
Cedas: obsequio plurima uincit amor.
Neu comes ire neges quāuis uia longa paretur:
Et canis arenti torreat arua siti.
Quāuis prætens picta ferrugine cælum:
Venturā admittat imbrifer arcus aquam.

bus dixit. Puppi uolet ire: Puppi ablatiuus casus ē. Nāque ī nomiatiuo termiant ī gemia consonāte
mittūt ablatiuū secūdū grāmaticos ī e uel ī i. Virgilius ī octauo. Aduētū enēā classi uictosq; pēates.

Vel si caruleas puppi uolet ire per undas:
Ipse leuem remo per freta pelle ratem.
Nec te pœniteat duos subiisse labores:
Aut operi insuetas attenuasse manus.
Nec uelit insidiis altis si claudere ualles:
Dum placeas humeris retia ferre neges.
Si uolet arma leui tentabis ludere dextra:
Sæpe dabis nudum uincat ut ille latus.
Tunc tibi mitis erit capias tunc cara licebit
Oscula: pugnabit: sed tamen apta dabit.
Rapta dabit primo post offeret ipse uolenti.
Post etiam collo se implicuisse uolet.
Heu male nūc artes miseras hæc sæcula tractāt:
Iam tener aslueuit munera uelle puer.
Iam tu qui uenerem docuisti uendere primis:
Quisquis es infœlix urgeat ossa lapis.
Pierides pueri doctos: & amate poetas:
Aurea nec superent munera pieridas.
Carmine purpurea est nisi coma: carmina ni sint:
Ex humero pelopis nō nituisset ebur.
Quē referent Musæ uiuet: dū roborat tellus:
Dū cælum stellas: dum uehet amnis aquas.
At qui non audit musas. qui uendit amorem:

formę. Nomen habet nemesis: cynthia nomen: habet. Aurea nec superent munera pieridas.
Quę munera musicā prestent in amore Ouidius graulter idoluit īquies. A doctis pœtū scelus ē spe
rare poetis: Me musę scelus hoc nulla puella mouet. Pierides. musę denotate sūt uel a loco. uel a
pierii filiabus ī musica supatis. Musę uero ἀπὸ τοῦ μῦθεν dictę sūt: qđ latine honesta bonaq; doctria ī
stitueret signat: ut Eusebius dixit. ex Diodori snia: fuere louis celi ac terrę filię: qđ Hesiodus ī theogōia
quō nouē nūerasset: Varro tres tū cōmemorat: sed Cicero li. de uatura deorū. iii. scribit quatuor musas
prias loue altero natas. f. Gathæ. Thexionē edearchē. melet hē: secūdas at nouē procreatas ex loue. iii.
& Mnemosine: tertias loue tertio Pierio & ātiopa: quas pieridas & pieras solēt poetę appellare iis no
mibus eodē nūero quo maxie supiores. Coma nisi: Nisus rex megarēsū fuit filius pādiois pater Seyl
lē: qđ scelestissima ut Minoi patris hosti iūgeret: turpi amore crinē aureū patri mutilauit. hoc ē ceruicē
abscidit. qđ ad hostē delata repudiat & figmēto poetico ī auē sui nois dicīt. cōuersa: qđ gręce ciris uoca
tur adepta nomē a dēpro pris capillo ut ait Ouidi: nāq; κείρω τόδεο: & uulgo dicīt alaudula. Quō ipi
qđ ē historici scribāt a Minoe delectā ēē ī maris profūdū post sibi Nisēā urbē proditā: & scyllēo nomē
ex se ididisse accepto honore sepulture. De Nisi capillo ubiq; a poetis īsertū ē: īpe. n. alietus ē: & smeri
liū uocāus: nāq; ἀπὸ τῆς λείας a pda alietus dictus ē. hic poetarū utilitas ex eorū familiaritate noscīt
qđ mortales imortales faciūt suis scriptis. Ex hūero pelopis nō tinuisset ebur: Pelops Tātali filius a prē
diis hospitibus pro brutali carne appositus fuit: quod dii oēs quom agnouisset auersati sūt solacres
fame affecta humerū ex eo deuorauit: sed re tandē cognita partē quā comederat ex ebore repēdit. Fu
it & alter Pelops siue hic idē qđ teste Seruio ī nono cōmentario habitus ē Atrei pater genitus ex imo At
lantis filioz. Quē referēt musę uiuet: eternitati donabit quē musę cecinerūt. Ideo Lucanus libro no
no. O sacer & magnus uatum labor: omnia fato eripis. & populis donas mortalibus cūm.

Dum roborat tellus: Per ambitū orōnis significat mūdi perpetuitatē. Sic Virgili. In freta dū flumini

Ceruleas ūdas. epitheton mari ipo
nit a specie aquarū & accidētia ut Ho
merus uocat ὀνόττα πόντον. i. ui
nosū mare. Atteruisse. pro attriuis
se p epēthesim & ātistichio. Insidiis
idagine. Nāq; idago seras latētes cla
udit & paulatim admotis cassibus ar
tat. Rapias tū cara licebit oscula: Ba
sia qppe amatorū repugnatiū gratio
siora sūt. Catullus: Surripui tibi dū lu
dis mellitē inuēti Suanoliū dulci dolci
us ābrosia. Sappho ad Phionē: Oscu
la cātati tu mihi rapta dabas. hoc. n.
pudor suadet adolefcētulis: qđq; ma
gis eripere basia qđ a se eripi uelint: iō
Horatius li. carminū. ii. d. licima ama
trice dixit: Quō flagratia torquet ad
oscula ceruicē aut facili sēuitia negat
Quę poscēte magis gaudeat eripi: in
terdū rapere occupiat. Tractāt exer
cēt. & ē dolētis locutio. Venerē coi
tū: & rē pro re posuit more poetarū
usitatissimo. Urgeat ossa lapis: ipre
catio grauiissima ē ut defūcti ossa īa /
xū urgeat tāq; dolore afflēt: E cō /
tra optia erat. Iuuenalis satyrę. iii.
Dii malorū ūbris tenuē & sine podere
terrā. Pierides pueri doctos & ama
te poetas: exhoratō ē ut pueri amore
uirtutis capti musas & earū cultores
obseruēt. Sic Oui. ad matronas: Car
mia qđ facimus mittamus carmia tātū
Hic chorus āte alios aptos amare su
mus. Nā facimus placidę late pconia

current dū montibus umbrę Lustrabunt cōuexa polus dum sydera pascet. Dū cēlum stellas: dum
 uehet amnis aquas: uectet stellas. i. sustineuit: sed ad uulgi opinionem respicit: qui uolunt stellas noctu
 ascendere ex oceano cēlum: & inter diu sub aquis delitescere. unde Ennium secutus Miaro dixit Et ru
 it oceano nox. Ideę currus ille sequat opes: Ops deum mater Ideę dicitur a monte phrygię ubi primū
 cōli cepit. Huius ministri furore spirari diuino crediti sunt: & uagantes sacrā rem berecynthię facere
 Qui mos ab Aty deperditissime ab illa dilecto assūptus ē. Ouidi. fastorū. iiii. Venit in exemplū furor
 hic mollesq; ministri Cēdunt iactatis
 uilia membra comis Ops opis geniti
 uum facit. Opis opis nomē ē nympe
 comitis Dianę. Claudianus in stilico
 ne: Et soror optatū nomē ueniētibus
 Opis huius primā Virgilius in ēneida
 corripuit: quē tamen errorem teste
 Macrobio saturnaliū. iiii. uidetur se
 cisse ex nimia doctrinę profunditate
 quēadmodū Alexander ētholus poe
 ta egregius asseruit. Ceterū per hęc
 uerba auctor uult intelligere lympa
 tum atq; sine ratione hoīem. Tercē
 tenas urbes: Finitus numerus pro infi
 nito. Sane sciendum tercentos dici &
 trecentos: quod ex poeticę ignorātia
 Laurētius Valla elegantiag. iiii. negat
 Catullus ad Furiū & Aureliū comites
 Quos simul cōplexa tenet trecentos
 Horati. Mille patens in fronte trecen
 tos cippus in agros. Erroribus exple
 at excursionibus transeat: & uim ha
 bet expleat. Nāq; corybantes furēdo
 tympana quatiebant: & cymbala cre
 berrimo pulsu. Hoc Ouidius fastorū.
 iiii. & Catullus in Aty explicant Vilia
 mēbra. mentulam capimus quę adeo
 illis habetur uilis: ut absceidatur tanq;
 inutile mēbrum. Sic luue. satyrarum
 primo. Phrygio quos tempus erit iā
 More supuacua cultris absceidere carnē. Ad phrygios mōs. ad ritū sacerdotū Cybelis ideę: q; suū si
 bi uirile testaceo frusto amputabant. Iuuenalis. Mollia q; rapta secuit genitalia testa. Canerē tityo.
 Tityus nomē ē adolecētuli dilecti a Tibullo. quidā tamē male legūt tityo oreā tityus auibus: quas i au
 guriis certis obseruauit atigtas. Male habet. i. male tractat. Arte astutia: quā Τεχνη gręci uocant
 & eo quasi iam romano Terētius latinissimus utitur. Magisteria. exercitia opa a magistro noīata.
 a Sper erā & bene diffidiū me ferre loquebar.
 pro illius egrotātis salute fecerit: quęq; sibi illa si i pristinā fuisset restituta ualescētia proposue
 rat: cū sumo dolore obiicit. Hoc iō facit: ut eā ab alterius amore ad se reuocet. Diffidiū at segregatio
 nē p discordiā signat: uel a diffidēdo. Vnde Terētius. Valeāt q; iter nos diffidiū quērūt. uel a deorsū
 cedēdo. unde Ouidius. xiiii. metamorphoseos pro discessu posuit iquies. Nō bene diffidiū phrygiū la
 tura mariti. Ferre ergo diffidiū id est pati iniuriā p se iunctionē ab amica. Nāq; agor. suā denotat in
 stabilitatē: cū a turbie similitudinē sumat. amātes. n. uario estu afflictionū fluctuāt. Plautus i Cistella
 ria. lactor: crucior: agitor: stimolor: extorqueor i amoris rota miser: exaior: feror: differor. distrahor:
 diripior: ira nullā metā animi habeo. Turbo. gēus ē istrumēti lusorii pueros maxie delectās a cuius fa
 stigiata & pacuta cuspide turbio. uerbū apud Pliniū frequēs descēdit. Celer: dū currēs puer corrigia
 isēq;. Versat: fūiculo. Torque. Persius. Neuq; callidior buxū torq;re flagello Li. Nec dicere q; q;
 magnificū: q;le illud Terētii i eunu. Ego ne illā: q; illū: q; me: q; nō: sine mō: mori me mali sētiēt q; uir sē.
 Foedera. pactōes clādestias iter utrūq; factas itelligit: & iō furtiui lecti. Ipseq; ter circū lus. sul. puro. sic
 Proper. elegiarum. iiii. Terq; meum tetigit sulphuris igne caput. Et Ouidius de arte amandi. ii. hoc ita
 aperte declarat. Et ueniet quę lustret anus lectumq; locumq; Perferat & tremula sulphur & ouā ma
 nu. Est autem Ouidii pceptum in pēdicto libro ut pro amica uoueamus: & in pēsentia
 sua id palam faciamus. Vnde Propertius. elegiarum secundo indignatus de riuāli inquit ad

Ideę currus ille sequatur opis.

Et tercentenas erroribus impleat urbes:

Et secet ad phrygios uilia membra modos.

Blariditū uult esse locum uenus ipsa: querelis

Supplicibus miseris flentibus illa fauet.

Hac mihi quā canerem titydo deus edidit ore:

Sed tityū coniunx hac meminisse uetat.

Pareat ille suæ: uos me celebrare magistrum:

Quos male habet multa callidus arte puer.

Gloria cuiq; sua est: me qui spernentur amantes

Consultent cunctis: ianua nostra patet.

Tempus erit cum me ueneris precepta ferentē:

Deducat iuuenum sedula turba senem.

Heu heu quā maratus lentō me torquet amore:

Deficiunt artes: deficiuntq; doli.

Parce puer quāso: ne turpis fabula fiam:

Cum mea ridebunt uana magisteria.

ELEGIA QUINTA.

a Sper erā & bene diffidiū me ferre loquebar

At mihi nunc longe gloria fortis abest.

Cynthiam. Hęc
 Et le sum flentes
 tingit. quidam ta
 pianda tribus u
 enei. Virg. de D
 perfolui. huc

Nāq; agor

Que cele

Vre terum

Magnific

Parce tam

Per uene

Ille ego: q

Te dico

Ipleq; te

Carm

Iple pro

Semi

Iple ego

Vota

Omnia

Et pre

At mul

Fing

Rura c

Area

Aut m

Press

Conlu

Gar

Ille de

Pro

Ille n

Et

Huc

Del

Et ta

debet

ris de

hinc ill

nihil el

illi app

docie

nascit

Cynthiam. Hec mihi uota tuam propter suscepta salutem Quam caput hoc stygiæ iam præmeretur aque
Et letum flentes circumstaremus amici. Semina rem nulli præter sibi amantibus intelligibilem per
tingit. quidam tamen non semina sed somnia textus habent: & est sensus facilis. nam ueneranda ter pro
pianda tribus uicibus: ut sepe scripsimus: intelligit Tunicisq; solutis. de more sacrificantium. ut in. iiii.
enei. Virgi. de Didone scripsit Dedi nouem uota. nouies uotum faciens Veneri sacrum exhibui. Oia
persolui. huc redigitur omnis oratio. namq; multa poterat uouisse: sed non persoluisse. Fruitur nunc

alter amore. fruitor. i. uoluptatem ca
pit ex te olim a me misere pamtata.

Namq; agor ut per plana citus sola uerbere turbo:

Quæ celer assueta uersat ab arte puer.

Vre terum & torque liceat ne dicere quicquam

Magnificum: post hæc horrida uerba doma:

Parce tamen parce furtiui fœdera lecti:

Per uenerem quæso: compositumq; caput:

Ille ego: quum tristi morbo defessa iaceres:

Te dicor uotis eripuisse meis.

Ipsaq; te circum lustraui sulphure puro:

Carmine quum magico præcinuisset anus:

Ipse procuraui ne possent læua nocere

Semina: ter sancta de ueneranda mola:

Ipse ego uelatus filo: tunicisq; solutis

Vota nouem ueneri nocte silente dedi:

Omnia persolui. fruitor nunc alter amore:

Et precibus felix utitur ille meis.

At mihi felicem uitam: si salua fuisses:

Fingebam demens: sed renuente deo:

Rura colam: frugumq; aderit mea delia custos:

Area dum menses sole calente teret.

Aut mihi seruabit plenis in lintribus uvas:

Pressaq; ueloci candida musta pede.

Consuelet numerare pecus: consuelet amatis

Garrulus in domina ludere uerna sinu:

Illa deo sciet agricolæ pro uitibus uuam:

Pro segete spicas: pro grege ferre dapem:

Illa regat cunctos: illi sint omnia curæ.

Et iuuat in tota me nihil esse domo.

Huc ueniet messalla meus: cui dulcia poma

Delia selectis detrahat arboribus:

Et tantum uenerata uirum: hunc sedula curet:

debet ad re diuinam neq; uidere quo pacto ea fiat. Sed hic auctor sacrificiū itelligit cōpitale quod ru
ris deis exhibeat. Me nihil eē domo hoc ē nullius pēii atq; auctoritatis. In præfatione opis diximus
hinc illud Martiale assumpsisse in distichis. Lusit amatorem nemesis lasciuia tibullum. In tota iuuat quē
nihil esse domo. Ipsa ministra: Signum est non modice in Messallam beniuolentiē: quom cibum
illi apparari ab amata muliere concedat. Per armentos adoratos: Armenia regio est Asiē Cappa
docie contermina: dicta ab Armeno Iasonis socio: & duplex est ubi preciosum inter reliqua aromata
nascit amomū. Curas depellere uino: sic supra: Adde merū: nioq; nouos cōpescere dolores. Gaudia

Utitur pēibus meis. pēibus. s. qbus
te precari cōsueuerunt Fingebam de/
mens. se dicit insanum q; spem i incō
stantia mulieris habuerit. Oratius li.
carmi. i. Qui nūc te fruitor credulus
aurea qui semper uaciam semp ama
bile sperat nescius aure fallacis. Ideo
Catullus de Lesbia sua dixit. Nulli se
dic mulier mea nubere malle quā mī
hi: non si se iuppiter ipse petat. Dicit
sed cupido mulier quod dicit amanti
In uento & rapida scribere oportet
aqua. Rura colam. hæc sunt quæ Ti/
bullus in animo proposuerat. Custos
ter as eructātis ad receptaculū sordiū blaterat. cuius uasculi nomē ē lasanū ut Acron primo sermonū
testis ē. Horatius: Te pueri lasanū portātes oenephorūq; Illa placet q̄uis inculto uenerit ore. Quin ho-

ratiū dixit maius hoc. uxor seu tibi
cādidos turparūt humeros imodice
mero rixē. Nec. ni. tar. comp. ar. ca.

Acute satis uerba locauit. tardiusculē
nempe sūt mulieres i se pollēdo: iecir-
co Terētius dum Molliunē dū comū
tur annus ē. Num te carminibus. de sa-
garū icantatiōibus satis supra ut arbi-
tror diximus. Cātus uicinis fruges tra-
ducat ab agris. Hoc fuisse uerum lex
duodecim tabularū idicat: ubi scriptū
est. Neue alienā segetem pellexeris.

Quā opinionē secutus Maro inquit:
Atq; satas alio uidi traducere messes
Detinet anguis iter: Quin hoc maius
ait Virgilius. Frigidus i pratis cantan-
do rūp̄t anguis. Iratē: exaspate. & iō
magis noxiē. Deducere lunā tentat:
Hoc supra affirmauit. Hāc ego de cē-
lo ducentē sydera uidi. Et faceret si n̄
ēra repulsa sonent. In thessalia homi-
nes pulsāt quēcūq; possūt istrumēta
arripere. quom magas ad carmen ac-
cinctas persentiscunt hac ratione ne
uis ueneficiorum ad lunam perueniat
luuenalis satyrarum secundo. Verbo
rum tanta cadit uis: Tot pariter peli-
es ac tintinabula dicas Pulsari iam

nemo tubas atq; ēra fatiget. Vna laboranti poterit succurrere lunē. Aera recurua. quēcūq; uasa con-
nexa quales gutturniones labra carceres. Silius lib. decimo septimo. Circū arguta cauis tinnitibus aera
simulq;. Certabant rauco resonantia tympana pulsu. Forma. pulchritudo. Sed semori conseruisse se-
mur. rem turpem fati boneste dicit. Catullus itidem ad Ruffum. Ruffe uelit tenerū supposuisse semur
Frigida membra: imbecilla. Nā Frigida catullus uetuli ex haustu sanguinis frigidiores sunt. At iuuenes
contra sunt abundantia calidiores: ideo a magno est poeta dictum. At uos quibus integer eui. Sanguis
inest. Terit amplexus. amplexam offendit mulierem. Suppone: supra extende & porrige. Et regum ma-
gnē despiciantur opes: respectu uoluptatis despiciantur. Ita Propertius elegiarum. iii. Non si cambyse
redeant & flumina croesi. Dicat de nostro surge puella toro. Concumbere puero: antique dictum: ut
Montibus in nostris solus tibi certat amyntas. ueteres. n. datiuo iungebant: nunc ablatiuo cum prepo-
sitione cum. Conserit sinus teneros: ictum libidinis uerecunde exprimit. Anhelanti: agitatione cluniū
dum ueneris opus per ficitur. Pugnantibus linguis. lasciua est oratio. Nam linguarum intelligit mobi-
litem: dum in coitu colluctantur. quod quom sit pugnare inter se uidentur. & inde humida dantur
oscula seu basia. Notas. Signa maculas Non lapis hanc gemmēq; iuuant. lapis & lapillus margaritum
& margaritam significat. quod aliter conchilium uel conchile dicimus: uulgus perlā uocat. Gēma
autem est ueluti Chrisolithus & smaragdus ceteraq; huiusmodi. Quē frigore sola dormiat. sine uiro
iaceat. sic Lucanus quinto de Cornelia. Viduo tum primum frigida lecto. Heu sero reuocatur amor.
uox est admonentis cum moestitia atq; dolore. Qu. D. tunc amare cupies quom a nullo sis amanda.
Horatius carminum. iii. Nec coae referunt iam tibi purpure. nec clari lapides tempora Quē semel no-
tis condita fastis indulsit uolucris dies. Sero autem ultimam habet indifferentem: ut omnia huiusmodi
aduerbia. Statius in thebaide. Sero memor thalami. luuenta etas pulchritudoq; iuuenilis. Tum studiū
formē est. Nihil uerius dicitur. Mulieres enim cum ad grandescētem etatem inclinauerint student
formē ut amatores ad se alliciant. Quare Horatius lib. carminum. iii. hanc sententiam complexus ad

Nec mihi sunt sortes: nec conscia fibra deorum

Præcinit euentus nec mihi cantus auis:

Ipsa uenus magico religatum brachia nodo

Perdocuit multis non sine uerberibus:

Desine dissimulare: deus crudelius urit

Quos uidet inuitos succubuisse sibi.

Quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos:

Sapeq; mutatas disposuisse comas.

Quid fuco splendente comas ornare: qd ungues

Artificis docta subsecuisse manu.

Frustra iam uestes: frustra mutatur amictus

Ansaq; compressos alligat arcta pedes:

Illa placet quāuis inculto uenerit ore:

Nec nitidū tarda comperit arte caput.

Num te carminibus: num te pellentibus herbis

Deuouitat cito tempore noctis anus.

Cantus uicinis fruges traducit ab agris:

Cantus & irata detinet anguis iter.

Cantus & e cœlo lunā deducere tentat

lycen iquit. Audire lyce dii mea uota dii audiuerunt lyce. Fis anus: & tamē uis formosa uideri. ludisq; & bibis ipudens: & tātum tremulo pota cupidinē lentū sollicitas: & cetera. Coma cū mutat ut ānos diffimulet uiridi cortice tincta nucis. Dicūt unguētarii caniciē aboleri & nigredinē cōuerti: quē succo uiri dulcē nucis sepe pmaduerit. & Plinius qntodecimo refert nucū iuglandiū cortice lanas tigi & capillos ruffari. hoc comptum manibus tractatu illarū infectis. nā ideo nux dicta ē qd ut nox aerē: ita ea succo suo corpus atrū faciat. seu qd noceat linguē. huius diminitiuū est nucula. i. minuta nux: & eius ut puto

Et faceret: si non era repulsa sonent.
Quid q̄ror heu misero carmē nocuisse. qd herbas
Forma nihil magicis utitur auxiliis.
Sed corpus tetigisse nocet: sed longa dedisse
Oscula: sed femori conseruisse femur.
Nec tu difficilis puero tamen esse memento:
Persequitur p̄enis tristitia facta uenus.
Munera ne poscas: det munera canus amator:
Ut foueat molli frigida membra sinu.
Carior est auro iuuenis: cui mollia fulgent
Ora: nec amplexus hispida barba terit.
Huic tu candentes humero suppone lacertos:
Et regum magnæ despiciantur opes.
At uenus inuenit puero concumbere furtim
Dum timet: & teneros conserit ipse sinus:
Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis
Oscula: & in collo figere dente notas:
Non lapis hanc gēma q̄ iuuant: quæ frigore sola
Dormiat: & nulli sit cupienda uiro.
Heu sero reuocatur amor: sero q̄ iuuenta:
Cum uetus infecit curua senecta caput.
Tū studiū formæ est. coma cū mutatur: ut ānos
Diffimulet uiridi cortice tincta nucis.
Tollere tunc cura est albos a stirpe capillos:
Et faciem dempta pelle referre nouam.
At tu dum primi floret tibi temporis ætas:

ra tingit amor. Hec est uerissima morbi causa in adolefcēte. amor. n. cōcoquit amantium itestina: & pallidos eos facit paulatim defruescendo Qui color: ut Ouidius ait: est amanti aptissimus. ideo dictū cōstat a Claudiano. Et gratus amanti pallor. & Horatius carminū. iiii. dixit. Nec tinctus uiola pallor amātium. Luteo nō lucido subsanguinolento sed pallido serugineo. nā a luto uenit. i. coeno: quasi coloris luti: ideo primā corripit. Nā si lucidum uel rubeum pulchrūq; significaret eandē produceret ut supra. Et ad teneros lutea pala pedes: tunc. n. alteram hēt deriuationē. ut iam dictū est. Et lachrymis oīa plena madent. Amatorum ea ē leuitas ut uel repulsi plorent: uel riuales odio habeant. Horatius carminum primo. Quom tu lydia telephi ceruicem roseam cērea telephi laudas brachia ue meum seruēs difficilē tunc timet iecur tunc nec mens mihi nec color certa sede manet. Humor & in genas furtim labitur arguens quam lentis penitus concremer ignibus. Fallere: custodes decipere. Ut leuis agatur spiritus: ut sensim amantes spirent quom ad amicam accessum habent: agere est sursum ducere a pectore profunditate: unde pro mori usurpatum addendo animam. Seneca epistola uigesima sexta.

nucella. Sed p periphrasim Culliolā i telligit hęc est teste Festo cortex nucis uiridis. dicta a simili tudie culleorū qd bus uinum siue oleū cōtinet. Gulioca uero p gest nucū iuglandiū summa & uiridia putamina. ostēdit ē. Qu. Serenius crinē canū imitari ex cupressu cū aceto acri cōpressa: aut frōde lenti sei cū sabuci fructu. Preterea ex nonnullis herbis factū medicamen canos a uertice aut eleuat aut permutat. Quod Oui. de arte amādī. iiii. tetigit. Foemina caniciem germāis ificit herbis. Et melior uero querit arte color A stirpe. ab radice. Et albos capillos canos uult. his pene uerbis Propertius elegiæ. iiii. usus ē. Vellere tū cupies albos a stirpe capillos. Et speculo rugas icrepitante tibi. Dempta pelle: anili. s. quē arefacta artificiosis liquoribus tollit: Sed ut ait Satyrus facies omnino cōputat ānos. At tu dū primi floret tibi tēporis ætas Vtere. Ouidius dē arte amādī tertio. Dū licet & ueros ēt nunc editis ānos: Ludite: eunt āni more fluentis aquę: Nec quē preterit iterū reuocabit unda. Nec quē preterit hora redire pōt. Vtēdū ēt ætate: cito pede labitur ætas. Nec bona tam seq̄ q̄ bona prima fuit. Veteres senes. bis ibi senē repetit ad nausē. Non illa sōtica cā est. Sontes uocant noxii & sōticus typus egritudinis ex specie morbi cuiuspiā: ut puta color ille quasi pallidus croceatus: qd ex intestinis uitiatas prouenit: pulmonis & iecinoris infirmitatem p̄dicit. Namq; Festus ait morbum fonticum existimari qd ppe tuo noceat. Sed nimius luteo corpo

Quid geris tūc apparebit quom aiam ages. Referare aperire. re plerūq; i cōposito signat cōtrarium primitiui ut tēgo retego: claudio recludo. Vel quō prōmit. sub sed per. fal. Est mihi nox multis euig. malis. hoc qd poeta hic dicit p̄p̄ durissimū ē. Proptius elegiaz. ii. Hic unus dolor ex oibus acer amanti. Sperati subito si qua puella negat. Quata illū toto uersat suspiria lecto. Illius credo tūc sonuisse pedē nīmū ex hoc amātis affectū idicat. Frāgīt: flectit. ut Nec lachrymas uictus dedit aut miseratus amātē ē. Tument: eam physicā scimus cur ocelli tumescāt. Catullus. Flēdo turgiduli tumēt ocelli. Fastidia: q

bus fastidiis amātem nausēas. & ē no mē quasi passiue positi. Thura dedisse. supplicasse. Nescius. ultorē post ea put eē deū: secūdū hanc libidinosorū iniam generalē illa quoq; tragici procedit. Seqtur supbos uictor a tergo dū. Arte poena manet: hec ē mulieris poena ut senex effecta negligat. Proptius elegiaz. iii. Exclusa inq; uices fastus patiare supbos. Et quē fecisti facta queraris anus. Sedāte oculos Ouidius de arte amādī. iii. posuit dicens. tps erit quo tu quē nūc excludis amātes. Frigida d̄serta nocte iacebis anus Nec tua franget nocturna iāua rixa. Sparsa nec iuenies limia mane ros. Et Horatius li. car. ii. ad lydiā. Inuicē moechos anus arrogātes flebis i solo leuis āgiportu thracio bacchāte magis sub iterlunia uēto. Quom tibi flāgrās amor & libido. quē solet matres furiare equarū sciet circa iecur ulcerosū non sine questu.

q Vid mihi si fueras miseros lesurus amātes. De puero cōquerit q seneglexerit. Per diuos. i. deoꝝ testimonio ppetrata. Et si quis: hoc dicit quasi iſeras illū solū esse pfidum: quibus uerbis eū ab amore alieno reitocet. Tacitis pedibus. lento eni gradu ad uindictā sui diuina procedit ira: tar/ditatēq; supplicii grauitate cōpen sat Et tacitis pedibus dixit ad opinionē autigtatis. nam ut refert Propyrio: dii pedes hēre laniatos crediti sūt: q nonnūq; tarde punirēt peccatores. Horatius car. iii. Raro antecedētem scelestū deseruit pede poena claudio. Numina formosis ledere uestra semel mutat sētentiā quā supra dixit. Ne iurare time: ueneris periuria uenti Irrita p terras: & freta sūma ferēt. Ita etiam Propertius elegiarū. ii. Nō semp placidus periuros ridet amātes Iuppiter.

Lucra petēs habili. pecunię cupiditate puerū captū dicit a simili. secutus est eni lucrū ac arator & nauclerus: q labores omnes imodicos: & asperrima perpetiunt incōmoda: dūmō lucrū faciant. Durum opus terre. laboriosam significat agricolationē: nam semp in ea qd est agēdū Preterea: ut primo rerū rusticarū scribit Varro: Quom primū terrā rustici arant: dicunt proscindere: quom iterū: effringere appellāt: quoniā prima aratiōe glebē grādes solent excitari: quom iterāt offrigere uocāt. deinde lirāt seu occāt: quod genus in agricultura multa sūt. Sydera certa. sydera multa multis sūt fidissima: & alia aliis. ut Cynosura tyriis: helice grais. Flaccus in argonautica. i. Ne ue in tyriis cynosura carinis Certior aut grais helice seruanda magistris. Omnibus autem nostris generaliter inspicitur septētrio. Manilius.

Vtere: non tardo labitur illa pede:
Seu maratū torques: quaro quæ gloria uicto est.
In ueteres esto dura puella senes.
Parce precor tenero: non illi fontica causa ē:
Sed nimius luthéo corpora tingit amor.
Vel miser absenti mæstas quā sæpe querelas
Coniicit: & lachrymis omnia plena madent.
Quid me spernis ait: poterat custodia uinci.
Ipse dedit cupidis fallere posse deus.
Nota uenus furtiua mihi ē: ut lenis agatur
Spiritus: ut nec dent oscula rapta sonum.
Et possum media quāuis obrepere nocte:
Et strepitu nullo clam referare fores.
Quid profunt artes: miserū si spernit amantem:
Etfugit ex ipso sæua puella toro:
Vel cum promittit subito: sed perfida fallit.
Est mihi nox multis euigilanda malis.
Dum mihi uenturam fingo quodcūq; mouetur:
Illius credo tunc sonuisse pedes.
Desistas lachrymare puer. non frangitur illa:
Et tua iam fletu lumina fessa tument.
Oderunt pholoe moneo fastidia diui:
Nec prodest sanctis thura dedisse focis.
Hic maratus quondam miseros ludebat amātes
Nescius ultorem post caput esse deum.
Sæpe etiam lachrymis fertur risisse dolentis:
Et cupidum ficta detinuisse mora.
Nunc omnis odit fastus: nunc displicet illi.
Quacūq; opposita est ianua dura sera.
At te poena manet: nisi desinis esse superba:

astronomicon.
Certa ergo. i. cur
mabit pulchritud
ciles apud Prop
dedo iminuet
guis aliquid. Sy

Quam cupi

Vid
Fod
Ah miser &
Sera tan
Parcite ca
Numin
Lucra pe
Et dur
Lucra pe
Ducunt
Munerib
In ciner
Iam mihi
Detrah
Vretur f
Detera
Admonu
Sæpe
Diuitiis
Asper
Vreme
Corp
Nectib
Sit de
Ipse de
Eder
Ipse de
Iussit
Hæc eg
Nunc
Tumih
Poder

li. astronomicon. sūma tenēt eius miseris notissima nautis. Signa per imēsum cupidos deducere pontū
Certa ergo. i. cursū suū dirigētia ut Hora. car. ii. Neq; certa fulgēt sidera nautis. detrahet decorē. defor
mabit pulchritudinē. Vrētur sole capilli quippe sol nimius asperos & nigros capillos efficit. unde Hier
cules apud Propertiu elegiarū. iiii. iquit ad nymphas. Terreat & libyco sole perusta coma. Deteret: le
dēdo iminuet est. n. deterere. detrahēre & diminūere. Iuuenalis in umbricio. Atq; eadē cras Deteret exi
guis aliquid. Sēpe solēt auro multa subesse mala. uerius uero est & certius certo. nam propter aurū: ut

Quam cupies uotis hunc reuocare diem.

ELEGIA NONA.

Vid mihi si fueras teneros lasurus amātes
Foedera per diuos clam uiolanda dabas.
Ah miser & si quis primo periuria celat:
Sera tamen tacitis poena. uenit pedibus.
Parcite caelestes æquum est impune licere
Numina formosis lādere uestra semel.
Lucra petens habili tauros adiungit aratro:
Et durum terræ rusticus urget opus.
Lucra perituros per freta patentia uentis.
Ducunt instabiles sydera certa rates.
Muneribus meis est captus puer at deus illa
In cinerem & liquidas mūnera uertet aquas:
Iam mihi persoluet poenas. puluisq; decorē.
Detrahet. & uentis horrida facta coma:
Vretur facies urentur sole capilli:
Deteret inualidos & uia longa pdes.
Admonui quotiens auro ne pollue formam:
Sape solent auro multa subesse mala.
Diuitiis captus si quis uiolauit amorem
Aspera q; est illi difficilisq; uenus.
Vre meum potius flamma caput: & pete ferro
Corpus & intorto uerbere terga seca.
Nec tibi celanti fas sit peccare paranti.
Sit deus occultos qui uetat esse dolos.
Ipse deus tacito permisit lene ministro
Ederet ut multo libera uerba mero
Ipse deus somno domitos emittere uocem
Iussit & inuitos facta regenda loqui
Hæc ego dicedam nunc me fleuisse loquentem
Nunc pudet ad teneros procubuisse pedes:
Tu mihi iurabas nullo tibi diuitis auri
Pōdere nō gēmis uendere uelle fidē.

Phocyllides scribit bellum ē raptusq;
necesq;: quod eius ē doli apud morta/
les ut quom oīum malorū causam in/
iungat: & uitā tristitia afflicet irreptū
fuisse prestiterit: Diuitiis captus ira
tam Venerē dicit his qui diuitias amo/
ri preponderāt. Quare propertius in/
dignatus elegiarū. ii. exardet dicēs. Er
go mūeribus quibus mercator amorē
Iuppiter idigna merce puella perit. As
pera q; ē illi difficilisq; uenus Sic supra
Et insidiis q; sit acerba mōet. Intorto
uer. flagrū seu scuticā ex materia itor/
ta significat. Ede ut mul. li. uer. me. te
mulētorū utiū ē ut oīa publicēt secre
ta an: cū nullā rōnem in se habeāt &
ignorēt inguinis & capitis quē sint dif
ferētia: quia ex causa ab eis occulta fa/
cile detorqueatur. Horatius i arte poe
tica. Et torquere mero quē prospexis/
se laborāt an sit amicitia dignus. Et in
carmibus ait. Arcanaq; fides prodiga
plucidior uitro libera aut uerba line re
spectu itelligit: & a libero patre. lib. ra
rū. deducit quū ut Valeri. maxi. ait: li
beralitas quoq; ex ipso numine nomē
quēsitū est. Perdere destruere atq; uio
lata abiicere. Campāia terra. cāpania
fertilissima est regio a quo denomina
tiū sit minusculū suo primitiuo una
syllaba ut hispania hispanus. sed me/
trigraia cāpania pro cāpana ponitur
usurpauit. Ager phalerus phalerū
mōs est cāpaniē iuxta puteolos. ubi ui
nū optimū nascitur. quapropter cura
bacchi eē dicit qui uitisator fuit. Eripe
res: quasi inuitū cogeres: ut ita tibi cre
derē. Puras flumēs eē uias. flumina na
turaliter lutulēta sūt si lapide fluant.
tū quia fabulū deuoluūt tū q; in ea do
morū purgamentā & cloacarū sordes
imittūtur: Alii legūt fulminis. fulmen
enim dū exprimitur luctatione uētoz
scindit aera: & uias non puras agit. In
amore puellē a qua illuderis. & Mara
thū uidetur significare de quo i elegia
ad pholonē menunt. O quotiens peri
cula sua obiicit: quē ipse propte adiit:
dū eū ad puellā euntē comitatur. Mu
nere officio. Latuit. iō latuit ne a me
agnosceretur: Attonita. nimia cupidi/
d

tate canendi. At tu qui puerū. dira est iprecatio in pueri corruptore. Dolis furtiuis cōcubitibus. Lassa/
uerit usu assiduo coitus usu per clunium excussione defatigauerit. usum. n. assiduū i libidine clinopa/
lim uocant: quod luenalis ait. Et lassata uiris nec dū satiata recessit. Interposita ueste: seu stratū capit
seu culcitram: sensus ē q̄ mulier inter se & uirū quasi irata. uestē iterponat: ne se tangat: Externa aliea
adulteritia cupidis cupide intrare cum uxore cupietibus. Nec lasciua soror: nō uxorē tantūmodo uult
istius corruptoris eē ipudicā: sed eius etiam sororē ut quēstū meretriciū faciat imprecatur esse uulgati

corporis. Plura bibisse pocula: aut to
to uite spacio plures cyathos bibisse
aut nocte illa: atq; die: quasi q̄ uino si
or sit inferat Quā plures emeruisse ui
ros sensus est. nō plures ad quēstū sui
corporis accepisse uiros q̄ cyathos iu
ni biberit: & emeruisse dixit: quoniā
prostitute dicuntur meretrices a merē/
do: unde & scorta meritoria uocātur
& notanda est locutio nō plura bibis/
se pocula quā emeruisse plures uiros.
Dū rota luciferi prouocet orta diem.
significat per hoc lasciua puellā ab oc
cidēte sole ad alterū solem orientē cō
uiniū protrahere: Varias uices operū.
exercitationū uariā actionē. aut futuri
onū uariatos usus. de quibus Ouidius
in calce uoluminis. quod de arte amā/
di cōposuit elegāter meditatus ē. Tua
p̄didicit. adulterari. s. didicit. Nāq; ut
facinus adulterii celet quū debita Ve/
neris munera cōiunx exigit ipa clunes
quidē mouet: sed nō mutuo coitus ap
petitu quēadmodū iter charos coniu/
ges cōuenit. Ab arte nō solita: oli qdē
non solita: i. apta mobilitate corporis
ad cōcubitū. ita qdē ut suū cū amato/
re celet adulteriū. Denso dente. a par
te totū p̄periphrasim pectine dicit. q̄
p̄ dēticulos minutissimos ē isectus. bel
la. formosa pulchra bōus & eius dimi
nutio bellus elegātem significat. Prop
tius elegiarū. ii. At si cēruleo quēdam
sua tēpora phuco Tinxerit iccirco cē
rula forma bona est. i. pulchra. Deuo
ueat. i. deuouēdo cōsumet: uel cū d̄pre
catione exercet. Nō facit hoc uitio: ut
acerbius inimicū corruptorē pueri ui
tuperet: dicit cōiugē eius nō suopte in
genii uitio adulterā esse: sed ipsius cul
pa foetet. n. & senio & podagris qui
odor uxori maxime ē odio quare Ca
tullus amicū de Riuali podagroso cō
sulēs dixit: Nā quotiēs futuit totiēs ul
ciscitur abōs Illā affligit odore ipse pe
rit podagra. Corpa foeda podagra.
foedata icelligit corpa propter unguē
ta. q̄ bus podagrico dolori medētur.
Culta puella ergo senē idigna homie.
huic uetulo quā cōiunx tenera fugit &
ē admiratiue prolatū. Iūgere uenerem

Non tibi si precium campania terra daretur:

Non tibi si bacchi cura phalernus ager.

Illis eriperes uerbis mihi lydera cali

Lucere: & puras fluminis esse uias

Quin etiam flebas: at non ego fallere doctus

Tergebam humentes credulus usq; genas.

Quid facerem nisi & ipse fores in amore puellæ:

Sed precor exemplo sit leuis illa tuo.

O quotiens uerbis ne quisquam conscius esset

Ipse comes multa lumina nocte tuli.

Sape insperanti uenit tibi munere nostro:

Sed latuit clausas Post adoperta fores;

Tum miser interii stulte confisus amari.

Nam poteram ad laqueos cautior esse tuos.

Quin etiam attonita laudes tibi mente canebā:

Et me nunc nostri pierdumq; pudet.

Illā uelim rapida uulcanus carmina flamma:

Torreat & liquida deleat amnis aqua.

Tu procul hinc absis: cui formā uendere cura est

Et precium plena grande referre manu.

At tu qui puerum donis corrumpere es ausus

Rideat assiduis uxor inulta dolis.

Et cum furtiuo iuuenem lassauerit usu:

Tecum interposita languida ueste cubet.

Sint externa tuo semper uestigia lecto:

Et pateat cupidis semper aperta domus.

Nec lasciua soror dicatur plura bibisse

Pocula: quā plures emeruisse uiros.

Illam saepe ferrūt conuiuia ducere baccho.

Dum rota luciferi prouocet orta diem.

Illā queat nullam melius consumere noctem.

Aut operum uarias disposuisse uices.

At tua petdidicit: ne tu stultissime sentis.

Cum tibi non solita corpus ab arte mouet.

Tu ne putes illam pro te disponere crines:

Aut tenues denso pectere dente comas.

libidinis opus perficere. Cū trucibus feris: fane ut rē pene impossibilē diceret: addidit trucibus. nā ferarū quēdā cicures sūt hoc aut asperius ē illo uirgiliano. Iungentur iā griphes equis. & est uēhementius illo horatiano. Sed prius appulis iungētur caprē lupis. Et gerat i regno regna supba. i. domino. nāq; amice uocātur domine: & earū obsequiū regnū seu iperū quasi amatores amatis subditi sūt. nure seruitutis. Hora. car. iiii. Nō sum qualis erā bonē sub regno cinare: desine dulciū mater seua cupidinū circa lustra decē flectere mollibus iā durū imperiū. Hāc ti: sal. profectus ē ad Venerē ut amatori suo grate

Ita hęc persuadet facies: auroq; lacertos
Vinciat & tyrio prodeat apta sinu.
Non tibi sed iuueni cuidam uult bella uideri
Deuoueāt pro quo remq; domumq; tuam.
Non facit hoc uitio. sed corpora fœda podagra
Et senis amplexus culta puella fugit.
Huic tamē accubuit noster puer hīc ego credam
Cum trucibus uenerem iungere posse feris.
Blandiciasne meas aliis tu uendere es ausus.
Tu ne aliis demens oscula ferre mea
Tum flebis cun me uictum puer alter habebit
Et geret in gremio regna superba tuo.
At tua dum me pœna iuuēt ueneriq; merenti.
Fixa notet casus aurea palma meos.
Hanc tibi fallaci resolutus amore tibullus
Dedicat & grata sis dea mente rogat.

ELEGIA DECIMA.

Vis fuit horrēdos primus qui protulit enses
Quam ferus & uere ferreus ille fuit.
Tunc cades hominum generi tunc prœlia nata
Tunc breuior diræ mortis aperta uita est
At mihi ille miser metuit nos ad mala nostra
Vertimus in sœuas quod dedit ille feras
Diuitis hoc uitium est auri nec bella fuerūt:
Faginus astatat quom sciphus ante dapes.
Non arces non uallus erat: somnumq; petebat.
Securus uarias dux gregis inter oues.
Tūc mihi uita foret: uulgi nec tristia nossem
Arma nec audissem corde micante tubam.
Nunc ad bella trahor & iam quis forsitā hostis.

mune solum iuuenalis aptius ostendit satyrarum. secūdo & pecus & dominos communi clauderet umbra. Fore: de pręterito usus est foret ut uirgilium. Seruius li. octauo annotauit. Quiq; a stirpe fores geminis cōiunctus atridis. Ceterum ē est optantis oratio tristia. detestabilia. Corde micante ex tubarum clāgoribus cor trepidat adeo ut plerūq; timidis fluxū uētris afferat. Iuuenalis Satyrarū. iiii. A tre

mētis idiciū exhibeat. hoc uero fiet si puero ipsi cuius amore ipotēte Tibullus lāguit se durā & inexorabilē in alias prohibuerit.

Vis fuit horrēdos primus q protulit enses. Iouis etatē iperantis uitupat sub cuius iperio tū enses fabre facti sūt tū lēti diuersitas orta est. quæ cōcepta occasiōe aureum saturni sēculū miro pręconio extollit: tibullū quidē Messalla expedito exercitu in aruipios & hiapigas sequi castra cogebat Lucretius autē. li. v. ait eris usus prius fuit cognitus q; ferri: quod ferrū idēi dactyli reppererunt. Quā ferus & uer. fer. il. su. ferus ē qui durioris est uitę & ani crudelioris: ferreus uero durus & imitis quasi itraetabilis a ferro quid nihil i se pręter duritiē hēt. Breuior pręcipitator. s. ante diē: In sēuas se. ab incursu truculētorū aialū tutelę hōiū gratia & sēuas addidit ut causā angesceret: ut supra cum trucibus feris. Diuitis auri diuitis. i. pręciosi hoies diuites efficiētis. Sic supra. Tūc mihi iurabas nullo tibi diuitis auri. Faginus sciphus. sciphus uel ciphus uas herculis fuit potoriū sicut i. iiii. saturnaliū legimus hoc i sacris ueteres usi sūt & i cōuiuitis: Hora. car. i. natis i usū lētię ciphis. de quo uase quidā inter nostri tēporis hoies litteratos sane doctus uult Virgiliū itellexisse septio ene. Hoc pater anchises ciphos libabat ad aras: cū auro libabat a Marōe scriptū ē nā prima ciphū ubiq; breuis ē nō uallus erat uallus usurpatie dēu a mas. genere cū uallū dicatur sed ab eo quod efficit id qd efficitur itelligit. nēpe ex uallis hoc ē palis uallū sit quo castra muniuntur uulgius palificatā uocat. Varias dux gregis iter oues. aut uarias quoniā earū quēdā cādide sūt alię nigre aut diuersi generis aialia sub omis uocabulo cōprehēdit. fuisse aut casam & pecori & pastori cōmunem cum Statius thebaidos primo dixerit. Et pecori com

pido soluūt tibi cornua uētrē. Cū lituis audita. Et prisco stipite e lignorū trūcis ut antiquoz i religione fuit cōsuetudo aui auū pro tota maiorū suorū serie posuit. Veteres sedes: anti quas e des sue stirpis. Tū melius tenuere fidē quom paupere cultu Stabat i exigua ligneus e deus. sensus ē cū fictiles fuerūt ima gines deorū tū ipsi magis fideles habiti sunt: ut i hūanis rebus. Iuue. satyra. xi. his n. onuit nos. hāc re bus latius curā prestare solebat Fictilis & nullo uiolatus iūpiter auro. Proptius elegiarū. iiii. Fictilibus creuere deus hic maxia regna. Nec fuit opprobrio facta sine arte casa. Seneca epistola trigesima libri

quarti. Exurge & te quoq; dignū fige deo finges aut nō auro aut argēto. nō pōt ex hac materia imago deo expri mi similis cogita illos cū propitii essēt fictiles fuisse. Voti cōpos. uictor dicit n. uoti cōpos qui ex sentētia animi de sideratā rē obtinuit purū fauū. i. sine fece fauus uocatur cēreē tabellē i qua rū cellulis apes mel recōdunt. & tūc in altaria allatū fuisse diis acceptissimū refert Varro rex rusticarū. iiii. Et plēa mystica porcus. Hara hara porcorū est stabulū q̄ eandē corripit primam quā aspirat. uirgilius in priapeis. Cēdi ture tepida uictia porcus hara: ē autē porcus grēcū uocabulū: sed ut Varro refert rusticarū rerū. ii. antiquitate ob scuratū qd̄ uocat̄ χοῖρον Hic etiam sus uocatur: quia eodē teste ὄσ grēcē dicitur: sed olim uocabatur οὐθῆσ & ὄσ τοῦ ὀύειν qd̄ est imolare. sacri enī instituti initiū a suillo genere coeptū & grecorū & latiorū obseruationes docēt. unde Ouidi. metamor. ultio ex pytagorē snia scribit. Et prima put. f Hostia sus meruisse mori quia scia pā do Eruerit rostro spēq; itercepit anni Notādum sane obseruatū fuisse ut di ebus natalitiis nō imolaret̄ hostia. nā ut Varro ait. indignū uisū est aliis lucē adimere die quo ipsi acceperunt pura ueste. sacerdotalē tunicā itelligit & cā didā & sine sordibus. Canistra cāistrū uas uimineū est. grēci κῶνεον uo cant' nos canistrum. & per diminutio nem canistellū. Marte fauēte. sēcūdo p̄elio uictoribus sēper mars fauet. Et i mensa se pigere castra mero morem militantiū exprimit: qui domū reuer si narrant sua circūstātibus facinora. fa

ciendo signū aut gladiolo aut cyatho. ut ante oculos audiētū res ipsa de qua sermo ē uideatur existere Ouidius i heroidibls pingit & exiguo pergama celsa mero. Quis furor ē sermo increpatorius ex dolo re proficiscens. Luca. Quis furor o ciues clam uenit subrept. n. non itellecta senectus. Infra. in i ferno Nā sedes inferorū est infra terrā ut poetē sentiūt. Nauita charō quē fulgentius i editione physica sup. xii. uirgilianos codices interpretatur quasi κῶπῶσ idest tēpus. Errat. Centum errant annos anime quarū corpora iacēt. inhumata & hoc sentit antiq̄tas. Ad apud iuxta. Calidā aquarū: ut p allutionem squalorē deponat. Pigra at qui cito uenit: sed pigra a cōsequenti: q̄ pigros & delūbes hoiēs reddat ca sa: gurgustiū antiqui a cauādo casā uocarūt nēpē cauatas rupes ihabitabāt. Facta tēporis prisci. Hora tius i poetica. Laudator tēporis acti de sene iquit. nā sēp senes laudāt p̄teritos: p̄sentes despiciūt ānos testa paterna. testa uegetē significat a tegēdo & ē uinariū doliū. Paterna uero ait i quā patēr unū infuderat nouū ut a filio uetus exhauriretur. Bidēs. ē ferramētū genus rusticani duobus dētibus utriq;

Hæsurā in nostro tela gerit latere.
Sed patrii seruate lares: aluistis & idem
Cursum uestros cum tener ante pedes.
Heu pudeat prisco uos esse e stipite factos.
Sic ueteres sedes incoluistis aui.
Tūc melius tenuere fidem cū paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde deus.
Hic placatus erat seu quis libauerat uuam
Seu dederat factæ spicea ferta comæ.
Atq; aliquis uoti compos liba ipse ferebat
Postq; comes purum filia parua fauū.
At nobis arrata lares depellite tela
Hostiaq; e plena mystica porcus hara.
Hanc pura cum ueste sequar myrtoq; canistra:
Vincta geram myrto uinctus & ipse caput.
Sic placeam uobis. alius sit fortis in armis
Sternat & aduersos marte fauēte duces:
Vt mihi potanti possit sua dicere facta
Miles: & in mēsa pingere castra mero.
Quis furor est atram bellis accersere mortem:
Imminet & tacito clā uenit illa pede.
Non seges est infra nō uinea culta sed audax
Cerberus: & stygiæ nauita puppis aquæ.
Illic percussis que genis ustoque capillo
Errat ad obscuros pallida turba lacus.
Quā potius laudādus hic est quem prole parata
Occupat in parua pigra senecta casa.

prominentibus.
net arma sinis.
chus & ceteris
domū iter uo
derit. Lape
rū. Quater

Ipse suas
Et calid
Sic ego su
Tempo
Interea p
Duxit
Pax alui
Fund
Pace bi
Mili
Rustic
Vx
Sed u
Fem
Flet ter
Flet
At las
Int
Ah lap
Ver
Sit fa
Sit
Sit la
Qu
Sed u
Is
At n
Pe

Pliniu
uit rust
tuit. T
tuti. Fl
ha Nu
ē scabi

prominētibus. Ouidius fastorū. iiii. Sarcula nūc durusq; bidēs & uomer adūcus Ruris opes uigeāt iqui
net arma situs. Bella ueneris calēt. ut o nō i uenerē sēgnes nocturna; bella. & calēt dixit quoniam bac
chus & cēres libidinis icitāmēta sunt nā & male sobrius supra posuit. cū e luco ipso ubi sacra rē fecerat
domū iter uorteret. Demētes manus. q; icolluctatione cū amica capillos illius fregerit & genas contu
derit. Lapis immobilis ut lapis. Ferrū. i. exorabilis inflexibilis hoc est affectibus hūanis carēs: ut lapis & fer
rū. Quater pro pfecte respectu numeri dicit. Quo tenera irato

Ipse suas sectatur oues: at filius agnos:

Et calidam fesso comparat uxor aquam:

Sic ego sim liceatq; caput candescere canis

Temporis & prisci facta referre senem.

Interea pax arua colat: pax candida primum:

Duxit araturos sub iuga curua boues.

Pax aluit uites: & succos condidit uua

Funderet ut nato testa paterna merum

Pace bidens uomerq; uigent: at tristia duri

Militis intenebris occupat arma situs.

Rusticus e lucoq; uehit male sobrius ipso

Vxorem plaustro progenieque domum

Sed ueneris tunc bella canent scissosque capillos

Fœmina per fractas conqueriturque fores.

Flet teneras subtila genas sed uictor & ipse

Flet sibi dementes tam ualuisse manus.

At lasciuus amor rixæ mala uerba ministrat

Inter & iratum lentus utrunque sedet

Ah lapis est ferrumque: suam quicunque puellā

Verberat e calo diripit ille deos.

Sit satis e membris tenuem perfcindere uestem

Sit satis ornatas dissoluisse comas.

Sit lachrymas mouisse satis: quater ille beatus

Quo tenera irato flere puella potest

Sed manibus qui læuus erit scutūque sudēque

Is gerat & miti sit procul a uenere.

At nobis pax alma ueni spicamque teneto

Perfluat: & pomis candidus ante sinus

De agri lustratione. Liber secundus.

Visqs adest ualeat fruges lustramus & agros

Ritus ut a prisco traditus extat auo.

Plinius refert Romulū aruorū sacerdotes instituisse. & se. xii. fratrē appellasse. Hos deos præcipue no
uit rusticitas. scia dicta a serēdo: ac segestā a segetibus fortunā caluā cui farris torrēdi seriās Numa isti
tuit. Terminos agrorū & lares tria tpa obseruarūt frugibus piculosa propter quod seriē festiq; sūt isti
tuti. Floralia. iiii. Kalēdas maii āno urbis. ccccx. i. ex oraculo sibyllē ut oia bene floroscerēt. Rubiga
lia Nūma instituit. xi. regni sui anno quē Plinius refert sua tēpestāte acta. vii. Kalen. maii. Rubigo. n. q
ē scabies: seu uitium in culmo nascens tunc tpris occupat segetes. Vinalia ix. Kalen. martii pro degustat

flere puella pōt. Signū ē imensi amo
ris cū puella ipsa lachrymas effūdat:
q; iratū sibi amatorculū sentiat: hoc
hoc autē ab ea fit ut beniuolū reddat
Is gerat scutūq; sudēq; i. stipēdiū faci
at: nā nulla fides pietasq; uiris q; castra
sequūtur sudis genus ē teli militaris se
cundum ueteres. Propertius elegiarū.
iii. nec rudis ifestis miles radiabat i ar
mis Miscebāt uita prælia nuda sude &
est paxillus igni retorridus. Virgilius
Sudibusue præstis. Pax alma. epithē
tō pacis. Sylius. xi. Pax optima rerum
Quas homini nouisse datum est pax
una triūphis Innumeris potior pax cu
stodire salutē. Et cines seruare potens
Huius simulacrū effingebatur māu spi
cā gerens ideo alma. nā pacis tpe agri
culturē florēt unde illi spicē & poma
& huiusmodi reliqua offerebātur. Cā
didus sinus. singūt poetē pacē esse alis
albissimis & uultu: ideo sinus cādidus
Calphurnius i prima egloga. Cādida
pax aderit. nec solū cādida uultu.

Bernardini ueronēsis Poetē i elegias
Albi Tibulli secūdū cōmentariū icipit
Visqs adest ualeat fruges lustrāus
& agros. Hic secūdus liber icipit
Diuiditur. n. totū hoc opusculū i qua
tuor: ut diximus libellos. quorum pri
mus maximus ē. hoc i loco lustrū cele
brat: & rurestē uitā summopere cōmē
dat. Sed Cato in libro de agricultura
ostēdit solitaurilia cōsuecēs diuis cir
cumagi & ponit quibus uerbis utebāt
antiquitas i precatōe. id uolumē quoni
am Venetiis dum hāc meditationē se
quor imprimitur: quē ibi illi cōmemo
rat legēda curiosis relinquo: breuita
te qdē maxie delectōr insup quoq; de
lustrādi ritu multa supius exposita sūt
uidef aut sacrificia pro asseruatōe fru
gū facere: quasi dimissa expeditione
militiē possit sine fastidio agros cole
re: nā ut Cato ait ille fuerat maxie lau
datus: qui bonus dictus colonus esset.

dis uinis instituta. E tuis cornibus. ratio physica ē cur bacchus in uirgūculē spēm pingatur cū cornicu-
lis. nā nimio uino homines truces fiūt. unde a βακχεύειν .i. furere & insanire bacchus dicitur q̄ aut
ait uua pendeat prelargā denūciat futurę uindemię ubertatē. Luce sacra requiescat humus festis die/
bus colēdi sunt ex pōtificū libris. Ideo n̄pō τὰ θεῶν γλυκύν. .i. ait Vir. In primis uenerare deos. Graue
opus sic supra. Et durū terrę Rusticus urget opus suspēso uomere. applicato parieti aut trabi ne scabiē
cōtrahat. iugis. uinculis est. n. iugū quo boues adinuicē arctātur: & lignū quo textores telā cōuoluūt

Ouidius metamor. sexto. Tela iugo ē
iuncta. Nūc ad pre. de. Iulius auctor ē
sacerdotes ambaruates coronare so/
litos spicis & frugiferis. ramusculis bo
ues ad pręsepia pabulātes: quibus i uil
licatione usi essent. Operata deo. sen/
sus ē omnes sacrificēt nāq; operor est
rē diuinā facio. Proptius elegiarū. ii.
Cynthia iā noctes ē operata decē. La
nificā pensis imposuisse manū ab ante
cedētī cōsequētia intelligit primo enī
filatrices manū stamini applicāt deide
deducēdo filāt sed lanificam dixit ma
nū. ut breui duo cōplecteretur nām &
carminare & filare mulierū fuit quod
ostēdit Ouidius metamor. quarto de
Minei filiabus lanificiū exercentibus.
Aut ducunt lanias aut stamina pollice
uersāt. Cui tulit hēf. gau. noc. ue. supra
diximus fuisse procul ab religione po
lutū hominē accedere ad rē diuitiam.
casta placēt superis. ex lege religionis

sumptum ē: quam cicero i li. de legibus recitat: ubi ita scriptū cōstat. Addiuos adēuto castę. Castę autē
accipitur animo uidelicet i quo sūt oīa: nec tamē tollit castimoniā corporis. sed quom animus multo
prestat corpori etiā obseruetur ut casta corpora sacris adhibeātur. pura cū ueste uenite. ut supra. Hac
pura cū ueste sequar. Festus enī scribit sacerdotes ad sacrificiū pura habuisse uestimēta. .i. nō obsita nō
fulgurata nō funesta non maculā habētia. Et manibus puris sumite fontis aquā religio sacrificiū apud
antiquitatē exigebat ut ante sacrū sacrificiū manus ablueret a quo factō delubrū putāt derivatū ha
riebat. n. sacrificaturus aquā de flumīe currenti. Virgilius octauo. undam de flumīe palmis Sustulit: hoc
ideo obseruatum dixit. Seruius quādo superius sacrificabatur uel propterea q̄ nox etiam solo somno
poluere credita est. Propertius elegiarum. iii. Ac primum pura somnum tibi. discute lymphā. Vt. n. Ci/
cero in prędicto loco dixit corporis peccatā tolluntur uel aspersione aquę: uel dierum numero. Puris
ergo pro expurgatis a scelerum macula dictum ē ut Horatius car. iii. Immunis haram si tetigit manus
non sumptuosa blandior hostia. Agnus sacer. dicendo sacer illud intelligit q̄ sit purus ad sacrificiū
ut immoletur namq; ut refert Varro rerum rusticarum. ii. agni ad quatuor menses a mam mis ubi nati
sunt non disiunguntur: hēdi tres porci duos: e quibus quouiam puri sunt ad immolationem sacres ap/
pellantur. Plautus. Quanti sunt porci sacres. Vineta comas olea: sinecdochicos: olea est arbor palla/
dia pacem significans: & illius imbellicitatem a quo pręfertur gręci

dicunt & oleum
est enim misericordia unde olea. Agrestes pastores agricolas. Pellite mala. .i.
auertite mala. .i. antiq̄tatibus scriptū ē auerūcā sint pro auerūcēt & auertāt. Fallacibus herbis aut her
bas obruentes segetem in agris: quales sunt lolium: lappa tribulus cardinis herba alba panico similis
& omnium fatorum uitium orobāche erratriticum festuca egilops securidaca quę palagmon. Aut ip
sam segetem intelligit: quę sine fruge calmos educat & fallat agricolarum spēm: & eludat messēm di/
cit ad orationem alludendo quam habuerunt olim in purgationē lustrali. Nam Cato priscus ea com
memorans ita ait. Vtiq; tu fruges frumenta uineta uirgultaquę grandire beneq; euenire sinas pastores
pascuaq; salua seruassis. Nec timeat celeres tradior agna lupos: hoc est quod ait Horatius carminum
iii. Inter audaces lupo erret agnos. Grandia ligna. aut magnos trūcos & arbores. aut ad copiā respicit
ut Hora. i. ligna sup foco large reponēs. Turbaq; uernarū sa. bo. si. co. Lu. & ex uir. extru. an. ca. Satyrī

Bacche ueni: dulcisq; tuis e cornibus uua
Pēdeat: & spicis tēpora cige senē:
Luce sacra reqescat humus: reqescat arator:
Et graue suspēso uomere cesset opus.
Soluite uicla iugis: nūc ad pręsepia debēt
Plena coronato stare boues capite.
Omnia sit operata deo: nō audeat ulla
Lanificā pēsis iposuisse manum.
Vos quoq; abesse procul iubeo: discedite ab aris
Cui tulit hesternā gaudia nocte uenus.
Casta placēt superis: pura cū ueste uenite:
Et manibus puris sumite fōtis aquam.
Cernite fulgētes ut eat sacer agnus ad aras:
Vinetaq; post olea cādida turba comas.

coloni. aut per
dicit aut Bacch
lus cum thya
ut in priap
ram esse per
Virgi. geor.

Dii patru
Vos ma
Neu seges
Neu tin
Tunc nit
Ingera
Turbaq;
Ludet
Euentu
Signi
Nunc
Con
Vina d
Est ru
Sed ber
Non
Gentis
Et n

genere p
Persius.
cens. Cu
genera.
.n. fuit u
uin. cad
car. iii. l
sule tull
quasi tu
dis on
tionē
suū fa
Celeb
sis: hic
non po
iam ra
lam de
muli po
rat. Hū
rum q
senes to
q̄ pler
ecclini
triūphus

coloni. aut per hoc uult itelligi oium siluestrium deorum formas: quas ex uirgultis uernas confecturos dicit aut Bacchi tarum effigiem seu simulacrum: qui ruris deus est & satyrorum ductor. Vnde Catullus cum thyaso satyrorum. Aut certe priapi imaginem itelligit: qui satyrus est: signum eius satyri cum ut in priapeis diximus. Sed quoquo modo uersum interpretemur hoc ait uernalem turbam extructuram esse per intercolumnia casarum formas ex uirgis ad ueros deorum uultus circū aquas ipsa ludet. Virgi. geor. ii. Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu. Bona ergo signa si ad priapum referas: accipe

Dii patrii purgamus agros: purgamus agrestes:

Vos mala de nostris pellite liminibus.

Neu seges eludat messem fallacibus hærbris

Neu timeat celeres tardior agna lupos.

Tunc nitidus plenis confusus rusticus agris

Ingerat ardenti grandia ligna foco.

Turbæq; uernarum satyri bona signa coloni

Ludet: & ex uirgis extruet ante casus.

Euentura precor: uiden ut foelicibus extis.

Significet placidos nuncia fibra deos.

Nunc mihi fumosos ueteris perferte phalernos

Consulis: & chio soluute uincta cado.

Vina diem celebrent: non festa luce maderem.

Est rubor: errantes & male ferte pedes.

Sed bene messallam sua quisq; ad pocula dicat:

Nomen & absentis singula uerba sonent.

Gentis aquitanae celebrer messala triumphis:

Et magna intonsis gloria uictor ades.

genere protulit in plurali. nam q; singulare neutrum est: & locum notat. Fumosos. austeros uult accipi Persius. Indomitum q; despumare phalernum Sufficiat. iō satyrus aquinas ad naturam eius rettulit dicens. Cum pulmo phalerno arderet. Seruius. n. scribit phalernum aqua domari uix posse. tria eius sunt genera. austerum: dulce: & tenue. Veteris consulis. ex hoc uini uetustas noscitur in celario reconditi. mos. n. fuit ut annosa consilibus denominarent. hoc in Horatio & Lucano sepius perlegitur. Et chio sol. uin. cado. Ideo soluute q; lagoenas suas antiqui operimento operiebant cū pice ac gypso illito. Fiora. car. iii. Hic dies anno redeunte festus corticē astricū pice dimouebit amphorē fumū bibere institute cōsule tullo. Chio aut cado. i. amphorē plenē uino chio: quod cōstat esse optimū. Plautus in gurgulione quasi tu lagoenā dicas ubi uinū chiū solet esse. cadus. n. ē oenophorū. Virgi. Vinū bonus quē deinde cadis onerarat acelles. Madere. ebriū esse. unde madidi ebrii. Male fer. pe. er. errantes. s. quantū ad saltationē. Virgi. Tū motus incompósitos. i. implicitos aut male errantes nimietate uini: cū nec pes nec caput suū facit officiū. Dicit. iuocet. Gentis aquitanae. uerba sunt Tibulli sacrificantis in honorē Messallæ. Celeber triūphis. sic supra. Hunc fors aquitanae. posset qui frangere gentes. Adēs gloria magna intonsis: hic intonsis nō placet itelligere romanā iuuetutē: quē nisi ad. xl. annum peruenisset tondi nouacula non poterat. ut A. Gellius li. iii. noctiū acticarū testis est: quē morenī luuenalis secutus ait. Nā fergiolus iam radere guttur Coeperat. sed intonsis senibus grauioribus in repu. qui ea fuerunt seuitate: ut nūllam de corpore curam haberent intenti tantisper publico bono. Horatius carminū. ii. ait. Non ita ro. muli per scriptum & intonsi catonis auspiciis ueterūq; norma. Nam & in primo eiusdem operis dixerat. Hūc & incōptis curiū capillis utilem bello tulit: & camillum seua paupertas. Et luuenalis satyrum qnto. Et credā dignū barba dignūq; capillis maiorū. Sed q; q; Terentius in heautontimorumenō senes tōderi faciat. tamē ut Varro refert rerū rusticarū. ii. oli tōsores nō fuisse significāt atiquorū statuē q; plerūq; habēt capillū & barbā magnā Nā dicūt tōsores i italiā primū uenisse ex sicilia. P. R. cōs. an. ccccliii. ut scriptū ē i publico ardeē litteris extat: eosq; adduxisse Publiū ticiniū Alenā. Alii putāt itōsis triūphis quos de uictoria pānonū itelligit: q; sūt comati. Cēlitibus agricolis. traditio ē. nā si cēlicolē

ubertate significantia. nā preter multas quas rettulit Seruius d'osetilis opinionones: illud quoq; ab eo dictum me/ minimus oscilla esse membra uirilia de flumineis iuncis facta: que suspen/ debantur per intercolumnia: ita ut in ea hoies acceptis clausis personis im/ pingerent: & ea ore cillerent. i. moue/ rent ad risum populo commouendū Et queritur cur ludet poeta dixit. & ē hypalage pro extruet bona signa ante casus: & ludet. Vidē. appocope est pro uides ne: & ultima semper corripitur. repentinum aut quid signat. ut Catullus. Vident ut perniciter exilue/ re. ergo quasi repentinum spectaculū fuerit uiden ait. Fibra. fibram pro ite/ raneis ponit: quorum inspectōne deorum mens proditur. Lucanus primo. Atq; iram superum raptis quēsiuit in extis. Sunt enim fibre extrema iocinorum a fibro: ut ait Festus. Est enim fiber genus uestis incitatissimū quadripes: quo nomine extremitatē fluminum orē appellantur: & fimbrias uestimētorum dicimus. Fumosos phalernos. quoniam de uino itelligit masculino

